B. WESTERMANN & Co.
NEW YORK
290 Broadway

6.27.'02

From the Library of

Professor William Henry Green

Bequeathed by him to

the Library of

Princeton Theological Seminary

PJ4831
.G54

W. Henry Green

Princeton N.J.

June 1856

LEXICON

MANUALE

HEBRAICUM ET CHALDAICUM.

LEXICON

MANUALE

HEBRAICUM ET CHALDAICUM

IN QUO

OMNIA LIBRORUM VETERIS TESTAMENTI
VOCABULA AD ORDINEM ALPHABETICUM DIGESTA, NECNON
LINGUÆ SANCTÆ IDIOMATA EXPLANANTUR, TANDEM LOCA SACRI
TEXTUS DIFFICILIORA SCOLIIS SEU BREVIBUS
COMMENTARIIS ILLUSTRANTUR,

CUM INDICE LATINO VOCABULORUM.

OPUS SUMMO VIRO **QUATREMÈRE** DEDICATUM.

Auctore

J. B. GLAIRE,

Decano, et Scripturæ sacræ Professore in sacrâ Facultate Theologiæ Parisiensi.

EDITIO ALTERA MULTISQUE MODIS EMENDATA, AUCTA ATQUE LOCUPLETISSIMA.

PARISIIS,

APUD MEQUIGNON JUNIOREM ET J. LEROUX,
FACULTATIS THEOLOGIÆ BIBLIOPOLAS.

1843.

Ex typis Wittersheim, via dicta Montmorency, 8.

SUMMO VIRO

QUATREMÈRE.

Cùm jàm Ill. de Sacy, quem deflendum nunquàm satis Orientales lugent litteræ, Lexicon hocce, ubi primùm in lucem prodiit, sacrum sibi esse haud fuerit dedignatus, gaudeo vehementer, quòd idem per tuam in me singularem benevolentiam, nunc denuò typis mandatum, Viro nuncupare mihi liceat, qui solus in orbe erudito illi æquiparari meritò possit. Equidem vix ullum in re grammaticâ parem habuit Cl. de Sacy; verùm quis unquàm, sicut Tu, Vir eximie, tot et tantas ex uberrimis Arabiæ, Persiæ, Armeniæ et Ægypti fontibus opes hausit collegitque? Arabiæ præ cæteris damnum factum est in illo maximum; nequaquàm tamen, te superstite, non resarciendum. Ipse etenim in arabicis eruditione atque doctrinâ te jactare solebat. Imò haud semel, me præsente, exclamavit : Étienne Quatremère est l'orientaliste le plus capable et même le seul capable de faire un bon Dictionnaire arabe. *Quæ quidem verba eò magis referre juvat, quòd non solùm tibi, Vir clarissime sed et Galliæ ipsimet permagnæ laudi omninò sunt.*

Vale.

J. B. GLAIRE, PRESBYTER.

PRÆFATIO.

Ne linguæ sacræ cultores lateat, quæ potissimùm causa fuerit, cur diventidis jàm dudùm omnibus Lexici mei exemplaribus, illud denuò typis mandandum nondùm curaverim, scire eos volo, cùm ex anno 1830, quo primùm in lucem prodiit, lætiora in Galliis incrementa ceperint hebrææ litteræ, aliud planè opus elaborandum fuisse atque concinnandum. Præterà etsi laudem non minimam de iis qui orientalibus studiis dant operam omnium manibus trita G. Gesenii et G.-B. Wineri Lexica meruerint, fatendum tamen est, in iis multa reperiri, quæ cum veritate hebraïcâ haud minùs graviter, quàm cum divinâ Revelatione pugnant. Enimverò doctissimi viri illi, utpotè *rationalismi* fautores, nusquàm hebraïcam vocem aut sententiam ad alienum sensum non detorquent ubi genuinum *supranaturalismo* favere deprehendunt. Quod si autem adeò clari et perspicui sint vocabulorum significatus, ut ne in dubium quidem ullo modo vocari possint, scriptores sacros erroris superstionisve insimulare minimè pudet eos. Deindè sæpiùs et quidem levioribus de causis ab eâ quam *communem* vel *vulgarem* nuncupant, opinione deflectit Gesenius; nec non fucum

facit densissima illa *radicum sanscritarum, persicarum, græcarum, latinarum, gothicarum aliarumque his finitimarum* silva, quâ totum horrescit ejus *Lexicon Manuale*. Indè rogârunt me optimi viri, ut in his castigandis emendandisque operam darem. Quorum precibus deesse nolens, munus delatum in me recepi, quamquàm intelligebam haud pauca et ardua mihi præstanda superesse, hancque editionem, novo labore suscepto, retardatum iri. Jam verò cùm multò majorem in molem excreverit liber, præcipuas tantùm, quas in hâc editione elaborandâ secutus sum, rationes, paucis exponam.

Et primùm quidem *Manuale Gesenianum*, quod, nemo inficias ibit, concinnitate cæteris facilè præstat, magnâ ex-parte secutus sum, servatis haud rarò ipsissimis verbis. Attamen Christ. Stockii vestigia premens, Lexicon chaldaïcum ab hebraïco sejungendum duxi; hâc nimirùm fretus ratione, quod, cum in Bibliis, quæ chaldaïcâ dialecto conscripta sunt, non ubivis dispersa jaceant, sed, si Jer. 10, 11 excipias, plura capita tenore ferè uno legantur, tironibus usum præberem commodiorem. Eamdem ob causam, et aliundè expostulantibus permultis viris doctis, vocabula non ad radicum ordinem sed litterarum alphabeticarum digessi, subjecto tamen cuique Derivato nomini suo proprio stemmate. Prætereà hunc ipsum litterarum alphabeti ordinem prout in vocabulis adhibetur paululùm immutavi; namque haud mistìm שׂ et שׁ composui, sed, Arabum more, priorem locum characteri שׂ, posteriorum verò שׁ ubiquè vindicavi.

Deindè appellativis nominibus hominum locorumque propria adjeci ferè omnia. Equidem, Gesenii neglecto exemplo, eorum internam significationem subjungere non tentavi; sed

facilè, ut spero, veniam dabunt periti, quos non latet rem esse perarduam, adde et usûs ferè nullius.

Tùm nihil non egi, ut vocabulorum primariam vim nativamque detegerem. Hinc etymis quamdam, sed tantùm ut par erat, tribui auctoritatem; namque, fatebor, pleraque à doctoribus allata, cùm distorta sint, parùm firmam præ se ferunt auctoritatem; undè fit ut sæpiùs etiam etymologici viri mirum in modum inter se discrepantes, et quasi alternis ipsimet pedibus insistentes, nullam aliis viam ab errore tutam præstare possint. Præter quàm quòd nullum idioma exstat, nulla omninò lingua, in quam usus complures non invexerit significatus, invitâ prorsùs, imò reluctante etymologiâ.

Porrò ad enucleanda vocabula, quæ ob rariorem usum abstrusæ essent significationis multùm adjutus sum subtiliùs observatâ elementorum et radicum mutuâ necessitudine, seu collatione verborum nominumve, ut nuncupant, *vicinorum, affinium, cognatorum*. Signa autem numerorum arabica singulis præmisi significationibus, quæ diversæ sunt aut esse videntur. Jàm verò, cùm ad linguas penitùs intelligendas haud sufficiat vocum vim propriam atque potestatem novisse, nihil potius habui, quàm ut linguæ sanctæ idiotismos exponerem. Indè in obscuriora, adeòque difficiliora Bibliorum loca aliquam lucem affundere conatus sum, adjectis identidem adnotationibus, quæ commentariorum aut scoliorum vices explerent.

Ad verborum nominumque declinatus quod attinet, tironum gratiâ potiores adscripsi, et quidem illos maximè qui vel anomalorum verborum essent vel à legitimâ inclinatione aliquantulùm deflecterent.

Duobus astericis (*—*) vocabula haud pauca sententiasque

integras interclusi, quæ novè et feliciùs explanasse mihi visus sum. An tamen ubiquè rem acu tetigerim, judicent Eruditi qui saltem viginti annos in hebraïcis litteris consumpserunt.

Tandem denuò dicam, quod jam in primâ editione animadverti : « Mirum denique non sit, si, cùm mentionem fecerim de quibusdam scriptis (qualia sunt Bocharti *Hierozoïcon,* Celsii *Hierobotanicon,* Braunii *de Vestitu Sacerd. Hebræor.,* atque Schrœderi de *Vestitu Mulierum Hebr.*), ne caput quidem libri vel paginam adnotaverim ; quippè illis annexus est singularum vocum index ad alphabeticum digestus ordinem. »

Scribebam Pariis Kal. Julii ann. 1843.

LEXICON HEBRAICUM.

א

א Prima alphabeti littera hebraicè אָלֶף *Alef* sonans; in numeralibus *unitatis* nota. Ex litteris gutturalibus lenissimam habet pronunciationem, et leni gutturis, vel potiùs pulmonis, halitu profertur, ut Græcorum spiritus lenis, Gallorumque *h* in voculis *habit*, *homme*. Non nunquam transiit in ה et ע ob eam quam admodùm vicinam pronunciationem habent tres istæ litteræ. Sed ubi magis emolienda est, transit in quescibiles ו et י.

Ad *vocum conformationem* quod attinet, notand. 1) Hebræos sæpiùs א vocali carens ob initio vocum abjicere per aphæresin. 2) eosdem præponere ab initio vocabulorum א prosthéticum; quod tunc potissimum fieri solet, ubi vocabulum à duabus consonantibus Scheva mobili tantùm distinctis insipit, veluti אֶזרוֹעַ, זְרוֹעַ *brachium*, etc.

אָב m. constr. אַבִי, et quandoque in nominib. propr. compos. אַב; cum suffix. אָבִי, אָבִיךָ, אֲבִיכֶם, 1 pers. אָבִי; pl. אָבוֹת, constr. אֲבוֹת, suff. אֲבוֹתַי, אֲבוֹתֵיכֶם, אֲבוֹתָם, et אֲבוֹתֵיהֶם *pater*, nom. forsan primitiv., etsi forma grammatica ad verbum אבה illud referat, et quasi pro אָבֶה dictum videatur. Primar. significatio est *pater*, ut Gen. 44, 19, 20. Ps. 103, 13, etc. Sed cùm *patris* notio alias includat, veluti originis, pietatis curæ et auctoritatis paternæ, dicitur etiam 1) de *quovis ex majoribus* 1 Reg. 15, 11: 2 Reg. 14, 3. 15, 38. 16, 2 etc., ut de *avo* Gen. 28, 13. 31, 42. 32, 10. 37, 35, *proavo* Num. 18, 1, 2: 1 Reg. 15, 11, 24, etc. Sæpissimè ità in plur. אָבוֹת *majores* Gen. 15, 15. Ps. 45, 17. De formulâ נֶאֱסַף אֶל־אֲבוֹת v. sub voc. אָסַף. 2) de *conditore*, *auctore gentis* Gen. 4, 21. 10, 21. Jos. 24, 3 etc. 3) de *auctore* rei, spec. de creatore Job 38, 28: *num pluviæ est pater*? i. e. creator. Hoc quidem sensu Deum vocari *patrem hominum*. Jes. 63, 16. 64, 7. Deut. 32, 6. non refugio modò non excludatur paternæ pietatis atque benevoli ergà homines animi notio, quam ibidem vox אָב manifestò præ se fert. 4) de *altore*, *nutritore* Job 29, 16. Ps. 68, 6, etc. 5) de *doctore*, *magistro* 1 Sam. 10, 12; atque hinc sacerdotes et prophetæ utpote magistri divina auctoritate instructi, patris nomine, honoris causa, salutantur, etiam à regibus 2 Reg.

2, 13. 5, 13. 6, 21. 13, 14. (cf. 8, 9.) Jud. 17, 10, etc. Hinc *pater regis* dicitur is, qui regi est à consiliis supremis, quem hodiè *Vesirum* appellant Orientales; וַיְשִׂימֵנִי לְאָב לְפַרְעֹה *constituit me patrem Pharaonis*, Gen. 45, 8. Sic intelligebant veteres nonnulli illud Gen. 41, 43: אַבְרֵךְ explicantes *patrem regis* vel *terræ*, *regni*. 7) poeticè de eo quod tam aretè conjunctum est, ut naturali quasi vinculo adhæreat: sic Job 17, 14, *putredini clamavi* אָבִי אַתָּה *pater meus tu es*. A voc. אב multa sunt nomina propria, quæ suo loco reperire est. * Dubiæ admodùm interpretationis est אֲבִי, in Job. 34, 36: אֲבִי יִבְחַן אִיּוֹב Vulg. *pater mi probetur Job*. LXX *verùm enim verò disce Job*. Syr. et Arab. *verè exploratus est*. Chald. *cupiens ego ut probetur*. Verùm insolentius est Deum compellari; quippè bis tantùm in Vet. Test. (Jes. 63, 16, et 64, 7), *patris* appellatio Deo tribuitur. Nec ratio perspicitur cur hoc loco illâ compellatione utatur Elium, quæ aliundè sententiam languentem omninò reddit. Haud multùm displicet Chald. אֲבֵי vel אֲבֵה *voluntatem* sive *desiderium* vertens, à radice אָבָה, quamquàm hujus formæ nullum aliud vestigium exstat. Sed magis arridet eorum opinio qui אֲבִי defectivè scriptum volunt pro אֲבִיא *adducam*, *afferam*, à verbo בוא in quo sæpiùs deficit א. Vid. בוא. Undè sensus est: *adduco* (quo) *Job exploretur*. Hoc maximè suadent orationis series et ipsum argumentum. *

אָב m. *vir*, de herba; suffix. אָבוֹ *vir ejus*, Job. 8, 12. Pl. constr. אֲבֵי הַנַּחַל *virores vallis*. Vulg. *poma* ex signific. chaldaic. Cant. 6, 11. Rad. אבב.

אבב Hebr. inusit. Chald. in *Pa.* אַבֵּב est *fructus protulit*, maximè primos et præcoces. Deriv. אָבִיב, אֵב.

אֲבַגְתָא n. pr. viri Esth. 1, 10.

אָבַד; part. activ. אֹבֵד, constr. אֹבַד, Deut. 32, 28. pl. אֹבְדִים, inf. abs. אָבֹד, constr. אֲבֹד, eum suff. אֲבָדְךָ, in pausâ אֲבָדֶךָ; fut. יֹאבַד et יֹאבֵד; signif. 1) *amissus est*; imprimis de pecore in desertis oberrante Deuter. 26, 5. de ove amissâ et oberrante Ps. 129, 176, etc. De homin. Deut. 26, 5. Jes. 27, 13. et de reb. ut de rivis in desertò evanescentibus Job. 6 18; et metaph. de sapientiâ exstinctâ Jes. 29, 14. Hinc 2) *periit*, *interiit* de hominib. aliisque animantib. Ps. 37, 20. Job. 4, 11; interdum adject. מֵעַל הָאָרֶץ Deut. 4, 26. 11, 17. Jos. 23, 13, 16; it. de terrâ domibusque, quæ vastantur Jer. 9, 11. Am. 3, 15; metaph. de spe, voto, desideriis, quæ irrita cadunt Ps. 9, 19. 112, 10. Prov. 10 28. 11, 7. Eze. 12, 22. Constr. cum ל pers. 1 Sam. 9, 3. 20; it. cum מִן Deut. 22, 3. Job. 11, 20, etc. 3) *miser*, *infelix fuit* de eo qui in præsenti periculo versatur. Job. 29, 13. 31, 19. Proverb. 31, 6. — * Hinc denique *evanuit*, *deletus est* (*disparaître*, *s'effacer*); sic intelligendum istud Ps. 2, 12: וְדֶרֶךְ רְשָׁעִים תֹּאבֵד *et semita improborum delebitur* i. e.

vestigia semitæ, Deo jàm non curante, ut proborum hominum viam curat, adeò delebuntur, ut non videant improbi, ubi pedem reponant. Semita enim cui nulla cura impenditur, sensim tegitur herbis crescentibus, ità ut mox ex oculis prorsùs evanescat. Sic etiam expediendum Ps. 2, 12 : וְתֹאבְדוּ דֶּרֶךְ *et pereatis semitâ*, seu *quoad semitam*, i. e. et deleatur semita vestra. *

Pi. אִבֵּד, fut. cum ו conv. et suff. וָאֲאַבֵּדֵךְ Ezech. 28, 16, pro וָאַאֲבֶדְךָ. Dicitur de hominib. et de reb. inanim. 1) *pro amisso habuit* Eccl. 3, 6. — 2) *dispersit* Jer. 23, 1.—3) *perdidit corrupit* Eccl. 7, 7. cum מִן *exstirpavit*, *abstulit*. Jer. 51, 55. *vastavit* 2 Reg. 19, 18. Num. 33, 52. Deuter. 12, 2. *dilapidavit* rem familiarem Prov. 29, 3. *occidit, necavit, exstirpavit* Esth. 3, 9 . 13: 2 Reg. 11, 1. 13, 7.

Hiph. הֶאֱבִיד. fut 1. pers. cum ה parag. אַבִּידָה Jer. 46, 8. pro אֹאבִידָה. Sign. *perdidit, delevit*, ut homines populosque Deuter. 7, 10. 8, 20; interdum addit. מִקֶּרֶב הָעָם Lev. 23, 30, מִתַּחַת הַשָּׁמַיִם Deuter. 7, 24, it. *vastavit* terram Soph. 2, 5, *ademit* spem Job. 14, 19. Derivata sequuntur.

אֹבֵד m. 1) *miser*, *infelix*, v. verbum no. 3.—2) nom. participiale *perditio* Num. 24, 20, 24.

אֲבֵדָה f. constr. אֲבֵדַת 1) *res perdita, amissa* Ex. 22, 8. Lev. 5, 22, 23.—2) *locus perditionis*, *orcus* Prov. 27, 20. in Chethib.

אֲבַדּוֹן m. 1) *exitium* Job. 31, 12. —2) *locus exitii*, *barathrum*, ut ferè synony. שְׁאוֹל Job. 26, 6. 28, 22. Prov. 15, 11.

אַבְדָן m. *excisio*, *occisio* (activè) *cædes* Esth., 9, 5.

אֹבְדָן, constr. אִבְדַן m. *perditio* (passivè), *interitus* Esth. 8, 6.

אָבָה, 3 pl. אָבוּא, Jes. 28, 12, pro אָבוֹ, eum א parag. arab. more; fut יֹאבֶה, sed Prov. 1, 10 תֹּאבֶא occurrit; *propensus*, *proclivis*, *pronus fuit*; hinc *voluit* et *desideravit*, *cupivit*, *eguit*; sæpiùs additâ negatione. Constr. cum infin. vel nudo Deut. 2, 30. 10, 10. 25, 7. Jes. 30, 9. vel cum præf. לְ, quod quidem posterius magis pedestris orationis est. Exod. 10, 25. Lev. 26, 21 : 2 Sam. 13, 14. 16. Job. 39, 9, etc. Cum לְ pers. *facilem se præbuit alicui, obtemperavit, obsecutus est.* Deuter. 13, 9. Psal. 81, 12. Prov. 1, 30. Deriv. אֲבִיוֹנָה, אֶבְיוֹן, אַבּוּי, אֵבֶה.

אֵבֶה masc. *voluntas*, *desiderium*; sic communiter undè Job 9, 26 : אֳנִיּוֹת אֵבֶה *naves desiderii*, id est cum desiderio ad portum prosperantes, seu veloces; ut vertit Symmach. Al. *naves poma portantes*, ut Chald. et Vulgat. Al. *naves arundineæ*, *papyraceæ*, ex papyro nilotică contextæ; nam Arab. אַבַּאָה est *arundo palustris*, vel *arundinetum*; et Æthiop. אבוי abawi, *Nilus*; præterea navigia papyro contexta frequentissimo usui Ægyptiis et Æthiopibus fuisse, neminem latet. « Quam exhibent 44 libri MSS. lectionem אִיבָה, inquit

W. Gesenius, haud dubie illa cum Syro interprete efferenda est אֵיבָה atque expliquanda de navigiis hostilibus, prædatoriis, quæ velocissimo impetu per mare feruntur ac satis commode in altero hemistichio aquilæ junguntur in prædam irruenti. Sed idem illud potest significari scriptura vulgari, modo pro אֵבָה scribitur אֵיבָה".

אָבָה undè quid. deducunt voc. אָבִי Job 34, 36, sed vid. אב sub finem.

אֲבוֹי *paupertas, miseria* Prov. 23, 29. Aliis est interject. *heu, eheu!* Sed contextui minùs aptum videtur. Rad. אָבָה.

אֲבוּס m. ex Syriasmo pro אֵבוּס; cum suff. in pausâ אֲבוּסֶךָ pro quo alii legunt in plur. אֲבוּסֶיךָ; sign. *locus, ubi saginatur* pecus, vel *præsepe*, ut LXX, Vulgat. et alii veteres interpretes, vel *stabulum*, Job. 39, 9 (12). Prov. 14, 4. Jes. 1, 3. Rad. אָבַס.

אבח radix inus. undè

אִבְחָה vel אֲבָחָה f. constr. אִבְחַת חֶרֶב forsan *mactatio gladii*. Eze. 21, 20. « Ut dicam quod sentio, inquit W. Gesenius, scriptura in illo Ezechielis loco mihi laborare videtur, sic restituenda: טִבְחַת חֶרֶב *mactatio gladii*. Firmant conjecturam *LXX* σφάγια ῥομφαίας, Chald. קְטוֹלֵי חַרְבָּא, et quæ consequuntur: *væ, redditus est coruscus et exacutus ad mactandum* (לְטַבָּח). Cf. v. 14. 15. Sæpenumerò voc. gr. σφάγιον σφαγή exprimuntur hebr. טֶבַח, טִבְחָה. »

אֲבַטִּיחִים m. pl. *melones ægyptii, cucurbitæ citrulli*, Numer. 11, 5.

אֲבִי et אֲבִיָּה n. pr. f. 2 Reg. 18, 2; 2 Par. 29, 1.

אֲבִי־עַלְבוֹן n. pr. viri 2 Sam. 23, 31, qui etiam אֲבִיאֵל 1 Par. 11, 32, vocatur.

אֲבִיאֵל n. pr. viri 1 Par. 11, 32. qui et אֲבִי־עַלְבוֹן. it. alius viri 1 Sam. 9, 1. 14, 51.

אֲבִיאָסָף n. pr. viri Ex. 6, 24, qui 1 Par. 6, 8, 22. 9, 19 אֶבְיָסָף vocatur.

אָבִיב m. *arista, spica* Lev. 2, 14. Ex. 9, 31: חֹדֶשׁ הָאָבִיב *mensis spicarum*, posteà נִיסָן dictus, sic vocabatur, quia tunc temporis hordeum erat in aristâ. A novilunio Aprilis (Martii juxta Rabbin.) orditur, et primus est veteris anni mensis. Ex. 13, 4. 23, 15. Deuter. 16, 1. Rad. אבב

אֲבִיגַיִל n. pr. duar. feminarum quæ et אֲבִיגַל dicuntur. 1 Sam. 25, 3, 14: 2 Sam. 3, 3. 17, 25; 1 Paral. 2, 15.

אֲבִידָן n. pr. viri Num. 1, 11. 2, 22.

אֲבִידָע n. pr. viri Gen. 25, 4.

אֲבִיָּה n. pr. 1 Sam. 8, 2: 1 Paral. 7, 8: 1 Reg. 14, 1: 1 Paral. 24, 10. Neh. 10; 8. it. n. pr. mulieris 1 Par. 2, 24.

אֲבִיָּהוּ et אֲבִיָּה n. pr. rex Judæ 2 Paral. 13, 1 sqq., in libris Regg. constanter אֲבִיָּם scriptus 1 Reg. 14, 31. 15, 1, 7, 8.

אֲבִיהוּא n. pr. viri Lev. 10, 1 sqq.

אֲבִיחַיִל n. pr. mul. 1 Par. 2, 29.

אֶבְיוֹן, pl. אֶבְיוֹנִים, constr. אֶבְיוֹנֵי; sign. 1) *egenus, pauper* Ex. 13, 6. Deut. 15, 4, 7, 11. 2) *oppressus, miser* Psalm. 40, 18. 70, 6. 86, 1.

109, 22. Dicitur præsertim de iis qui immerita patiuntur, quanquam pii Dei cultores, Ps. 12, 6. Jes. 29, 19 (21). 41, 17. Amos 2, 6. Rad. אָבָה.

אֲבִיוֹנָה f. propr. *appetitus, concupiscentia*; hinc *bacca capparis*, quæ et appetitum et venerem instigare dicitur, Eccl. 12, 5. Rad. אָבָה.

אֲבִיחַיִל n. propr. viror. Num. 3, 35. Esth. 2, 15. 9, 29; et mulieris 2, Par. 11, 18.

אֲבִישַׁג n. pr. mulier. 2 Sam. 3, 4.

אֲבִיהוּ vid. אֲבִיָּם

אֲבִימָאֵל n. propr. vir. Gen. 10, 28: 1 Par. 1, 22.

אֲבִימֶלֶךְ n. pr. complurium regum in terrâ Philistæorum, ac diversis quidem temporibus Gen. 20, 2 sqq. 21, 22 sqq. 26, 1 sqq. — it. alior. viror. 8, 31 sqq. 9, 1 sqq. 2 Sam. 11, 21: 1 Par 18, 16.

אֲבִינָדָב n. pr. viror. 1 Sam. 7, 1. 16, 8. 17, 13. 31, 2: 1 Reg. 4, 11.

אֲבִינֹעַם n. pr. viri Jud. 4, 6. 5, 1.

אֲבִינֵר n. pr. viri 1 Sam. 14, 50. alibi אַבְנֵר q. v.

אֲבִיעֶזֶר n. pr. viri Jos, 17, 2 et meton. ejus posteri Jud. 6, 34. 8, 2. Nom. patronym. אֲבִי הָעֶזְרִי Jud. 6, 11. 24. 8, 32. Indè decurtat. אִיעֶזְרִי Num. 26, 30 et nom. patronym. אִיעֶזְרִי ibid. — it. alterius viri 2 Sam. 23, 27: 1 Par. 11, 28. 27, 12.

אָבִיר m. constr. אֲבִיר *fortis, validus, potens*, Gen. 49, 24. Jes. 1, 24. Rad. אָבַר.

אַבִּיר m. pl. אַבִּירִים; constr. אַבִּירֵי, suff. אַבִּירָי; 1) *fortis, validus, heros* Thren. 1, 15. Jer. 46, 15. et forsan Jud. 5, 22, ubi alii de *equis* intelligunt, quod contextui minùs congruere videtur. Cum לֵב, *animo valens* Ps. 76, 6. it. *contumax, pervicax*, Jes. 46, 12. poet. de tauris Ps. 22, 13. 50, 13 et metaph. de principib. Ps. 68, 31. de equis Jer. 8, 16. 47, 3. 50, 11. — 2) *potens, nobilis* Job. 24, 22. 34, 20. Hinc *cibus nobilium* s. *principum*, i. e. cibus delicatior, exquisitus Ps. 78, 25. Cf. Jud. 5, 25. *præfectus, princeps* 1 Sam. 21, 8.

אַבִּירָם n. pr. virorum Num. 16, 1. 12. 26, 19: 1 Reg. 16, 36.

אֲבִישַׁג n. pr. mul. 1 Reg. 1, 3. 2, 17.

אֲבִישׁוּעַ n. pr. virorum 1 Par. 8, 4. 6, 4, 5, 50. Esr. 7, 5.

אֲבִישׁוּר n. propr. viri 1 Paral. 2, 28, 29.

אֲבִישַׁי n. pr. m. vir. 1 Sam. 26, 6 sqq. 2 Sam. 2, 18. 24; dicitur אֲבִשַׁי 1 Sam. 10, 10.

אֲבִישָׁלוֹם n. pr. vir. 1 Reg. 15, 2, 10 qui 2 Par. 11, 20, 21 אֲבְשָׁלוֹם.

אֶבְיָתָר n. pr. vir. 1 Sam. 22, 20 sqq. 23, 6. 30, 7: 2 Sam. 15, 24.

אָבַךְ probab. *volvit, convolvit*, it. *implicuit*, vicin. est בּוּךְ *implicare, perplexum, intricatum esse.*

Hithp. Jes. 9, 17: וַיִּתְאַבְּכוּ גְּאוּת עָשָׁן *et convolvuntur elatione fumi*; i. e. convoluti surgunt et evanescunt. Hoc sensu Vulgat.

אָבַל fut. יֶאֱבַל; *luxit* sequent. עַל Hos. 10, 5. Am. 8, 8. Propr. signif. esse videtur *languere, capite demisso incedere* (cf. vicin. בָּלָה, נָבַל, נָפַל, quod faciunt lugentes; transfertur autem à habitu cultuque lugentium

ad vocem et ejulationem (v. אָבַל). Poet. de rebus inanimat. Jes. 24, 4. 7. 33, 9. Amos 1, 2.

Hiph. הֶאֱבִיל *fecit lugere, luctum attulit* Ez. 31, 15, fut. conv. וַיַּאֲבֵל *et luctum attulit* Thren. 2, 8.

Hithpa. propr. *lugentem se gessit*, hinc *luxit*, i. q. Kal, maxime in sermone pedestri, cum illud orationi poët. pr. sit Gen. 37, 34. Exod. 33, 4, cum אֶל et עַל pers. 1 Sam. 15, 35 : 2 Sam. 13, 37. Derivat. protinùs sequuntur.

אָבֵל constr. אֲבֵל plur. אֲבֵלִים, constr. אֲבֵלֵי, suff. אֲבֵלָיו f. אֲבֵלוֹת, *lugens* Gen. 37, 35. Esth. 6, 12. Jes. 57, 18. 61, 2, 3. Ps. 35, 14, etc. — אָבֵל (sed significat. *loci graminosi*, *vireti*, ex Arab. deductâ, ut volunt) præmissum aliis vocabulis abit in nom. propr. locor. complurium; sic 1 Sam. 6, 18, nisi pro אָבֵל הַגְּדוֹלָה legend. אֶבֶן הַגְּדוֹלָה, quod fermè flagitant vers. 14. 15, et expresserunt LXX cum Syro. — אָבֵל בֵּית־מַעֲכָה oppidum Manassitarum 2 Sam. 20, 14, 15 : 1 Reg. 15, 20 : 2 Reg. 15, 29, alibi אָבֵל־מַיִם 2 Par. 16, 4 coll. 1 Reg. 15, 20, et simpl. אָבֵל 2 Sam. 20, 18. — אָבֵל הַשִּׁטִּים Numer. 33, 49 locus in campestribus Moabi, idem forsan qui ibidem 25, 1, et Mich. 6, 5. simpl. שִׁטִּים. — אָבֵל כְּרָמִים Jud. 11, 33, pagus Ammonitarum, אָבֵל מְחוֹלָה vicus in tribu Issachar, Jud. 7, 22 : 1 Reg. 4, 12. 19, 16. — אָבֵל מִצְרַיִם area haud procul ab Jordane quod loco cit. ita explicatur, ut appareat, scriptorem sacrum sine punctis legisse, et אָבֵל מִצְרַיִם (*luctus Ægyptiorum*) pronuntiasse, Gen. 50, 11.

אֵבֶל m. suff. אֲבֵלִי; *luctus*, Gen. 27, 41. Jerem. 6, 26. Mich. 1, 8: עָשָׂה אֵבֶל לְ *luctum alicui instituit* Gen. 50, 10.

אֲבָל adverb. *profecto*, *certo* Gen. 42, 21 : 2 Sam. 14, 5 : 2 Reg. 4, 14. *immò* Gen. 17, 19, *immò verò* 1 Reg. 1, 43. *at verò*, *contrà* Dan. 10, 7, 21. Esr. 10, 13 : 2 Par. 1, 4. 19, 3.

אָבַל vid. אוּבַל.

אבן rad. inusit. undè

אֶבֶן f. (forsan m. 1 Sam. 17, 40) suff. אַבְנוֹ plur. אֲבָנִים, constr. אַבְנֵי אַבְנֵיהֶם, אַבְנֵיהָ, אַבְנָיו — 1) *Lapis* cujuscumque generis, rudis et politus, sive maximi, sive minimi moduli molisque. Collect. *lapides*, Gen. 11, 3. 28, 18, etc. Hinc *lapideum*, *lapide formatum quid*, ut *vas lapideum*, Ex. 7, 19 (cf. עֵצִים *vasa lignea*). *Idolum lapideum*, Deuteron. 4, 28, etc. — * Forsan pro *domo* ipsâ sumitur Genes 49, 24; ubi רֹעֶה אֶבֶן יִשְׂרָאֵל, facile sic expeditur : *pastor* (evasit, Joseph scilicet) *domûs Israëlis;* qui locus alio modo explanari nequit, quin eruatur sensus perquam difficilis intellectu et seriei orationis minimè accommodatus.* — Metaph. 1 Sam. 25, 37. Ezech. 11, 19. Job. 41, 16. אֶבֶן בָּרָד *lapis grandinis* Jes. 30, 30, undè Jos. 10, 11 : אֲבָנִים גְּדֹלוֹת de grandine majori, paulo inferiùs אַבְנֵי הַבָּרָד dicta. — 2) *lapis pretiosus*, *gemma* Ex. 28, 9 sqq. 35, 27, plenius

אֶבֶן חֵן Jes. 54, 12, אֶבֶן חֵן Prov. 17, 8, אֶבֶן יְקָרָה Eze. 28, 13, quod quidem posterius dicitur etiam de lapidibus ad ædificandum, ut marmore 1 Reg. 10, 2, 11. — 3) *lapis ærosus*, Job 28, 2. — 4) *pondus libræ* (quoniam lapidibus olim utebantur hodieque in Oriente utuntur pro ponderibus), quanquam non lapideum, Zach, 4, 10. אֶבֶן וָאֶבֶן *pondera diversa* Deut. 25, 13. אַבְנֵי כִיס *pondera in marsupio gesta* Prov. 16, 11. — *Pondus perpendiculi*, a filo pendens, primitus sine dubio lapideum, posteà etiam staneum aut plumbeum, quo cœmentarius structuræ rectitudinem et architectus singulas ædificii exstruendi partes solent examinare, Jes. 34, 11. — 6) Nonnunquam *lapides* locis designandis inserviebant, sic אֶבֶן עֵזֶר 1 Sam. 4, 1. 5, 1. 7, 12. אֶבֶן הָאֵזֶל (*lapis discessus*) 1 Sam. 20, 19 Cf. זֹהֶלֶת.

אֹבֶן m. i. q. אֶבֶן *lapis*; dual. אָבְנַיִם 1) *sellæ particurientum*: sic vulgò: undè vertunt Ex. 1, 16: *cùm videritis* eas (parturientes scilicet) *super sellas*; sed melius forsan intelligunt alii *labra lapidea*, i. e. *duplici lapide formata* in quibus recens nati lavari solebant. — 2) *sellæ, tabulæ figulorum* Jer. 18, 3. juxta plerosque, sed potius *rota* figuli, instrumentum duplici rotâ constans alterâ inferiore et majore, alterâ minore et superiore; in quo figulos Mauros opus suum facere testatur R. Jona seu Abulwalid. Vid. quæ de hoc vocab. dixi in *Le Pentateuque avec une traduction française et des Notes, etc.* Exode, I, 16. pag. 8.

אַבְנֵט m. suff. אַבְנֵטְךָ pl. אַבְנֵטִים *balteus* vel *cingulum*, quale gestabant sacerdotes Ex. 28, 4, 39, 40. Lev. 16, 4 aliique nobiles Jes. 22, 21, cf. Joseph. Arch. 3, 7 § 2. Rad. inus. בנט.

אַבְנֵר nom. pr. viri 1 Sam. 14, 51. 17, 55, 57. 20, 25. Aliquoties אֲבִינֵר 14, 50.

אָבַס *saginavit*. Part. pass. אָבוּס *saginatus* Prov. 15, 17; pl. אֲבוּסִים 1 Reg. 5, 3. Deriv. מַאֲבוּס, אֵבוּס אֲבַעְבֻּעֹת plural. *pustulæ* in cute exortæ. Ex. 9, 9, 10. Cf. בּוּעַ.

אֶבֶץ n. pr. oppidi in tribu Issachar Jos. 17, 20.

אֶבְצָן n. pr. vir. Jud. 12, 8. 10.

אָבַק forsan ut חָבַק *amplexus est*; hinc Niphal נֶאֱבַק, infin. cum suffix. הֵאָבְקוֹ, fut. יֵאָבֵק *alter alterum amplexus est, reciprocè luctatus est*, Gen. 32, 25, 26. constr. c. עִם. Sed vulgò habetur pro denom. ab אָבָק *pulvis*, quia inter luctandum pulverem excitant, ut græcè παλαίειν, συμπαλαίειν, συγκονιοῦσθαι a πάλη, κόνις.

אָבָק masc. constr. אֲבַק, cum suffix. אֲבָקָם; *pulvis*, tenuis et subtilis, qualis per auras facile dispergitur Jes. 5, 24. Ez. 26, 10. אָבָק וְעָפָר *pulvis minutior et densior*, i. e. pulvis omnis generis Deut. 28, 24. *Pulvis pedum Dei*, poët. de nubibus, quibus vehitur Deus Nah. 1, 3.

אֲבָקָה fem. id. constr. אַבְקַת רוֹכֵל *pulvis institoris* h. e. aromaticus Cant. 3, 6.

אָבַר forsan 1) *valuit, polluit robore;* vid. אֲבִיר, אָבִיר. Hiph. הֶאֱבִיר fut. יַאֲבִיר (denom. à אֵבֶר) *pennas alarum agitavit ad volandum*, hinc *volavit* Job 39, 26 (29).

אֵבֶר m. *penna major*, Jes. 40, Ps. 55, 7. Distinguitur ab ipsa ala Eze. 17, 3.

אֶבְרָה f. suffix. אֶבְרָתוֹ, pl. אֲבָרוֹת suff. אֶבְרוֹתֶיהָ, id. Job. 39, 16 (13). Psalm. 68, 14. Poët. tribuitur Deo Deut. 32, 11. Ps. 91, 4.

אַבְרָהָם n. pr. *Abrahamus*, à אָב *pater*, et *multitudo* רהם exusu Arab. *rŏhâm*. In Gen. usque ad 17, 5 ubique vocatur אַבְרָם i. e. *pater altitudinis*.

אַבְרֵךְ vox a præcone ante Josephi currum pronuntiata Gen. 41, 43. Si hebræa esset, profecto Infin. abs. Hiph. (a rad. בָּרַךְ) pr. הַבְרֵךְ efferendum (cf. אַשְׁכִּים pro הַשְׁכֵּים Jer. 25, 3) qui Imperat. hoc loco vices sustineat, ut sit: *genua flectite*. At probabilius hoc vocab. ægyptiacæ est originis a scriptore hebræo ita inflexum et immutatum, ut, quamquam peregrinum, tamen hebraicè sonaret, atque ex hujus linguæ radicibus posset derivari. Et vocem istam ægyptiacam forsan assecuti sunt, qui sub ea delitescere judicant *Au-rek*, h. e. *inclinet se quisque* (sensu optativi), vel *Aperek* h. e. *inclinate caput*.

אַבְשַׁי vid. אֲבִישַׁי.

אָגָא n. pr. viri 2 Sam. 23, 11.

אָגָג n. pr. regum Amalecitarum; Num. 24, 7: 1 Sam. 15, 8, 9, 20, 32.

אֲגָגִי n. gentil. de Amano, Esth. 3, 1, 10, 8, 3, 5.

אגד radix inusitat. Chaldaic. *ligavit*. Indè

אֲגֻדָּה fem., constr. אֲגֻדַּת, suffix. אֲגֻדָּתוֹ, pl. אֲגֻדוֹת. — 1) *nexus, vinculum, lorum*, Jes. 58, 6. — 2) *fasciculus*, ut hyssopi Ex. 12, 22. — 3) *manipulus* s. *turma* hominum 2 Sam. 2, 25. — 4) *opus fornicatum*, de fornice cœli (*là voûte des cieux*) Am. 9, 6.

אֱגוֹז m. *nux* Cant. 6, 11. Rad. ut videtur, גוז, et א prosthetic.

אָגוֹר vid. אָגַר.

אֲגוֹרָה f. constr. אֲגוֹרַת, 1) *nummulus, obolus argenteus*, (rad. אָגַר *collegit;* sic lat. *stips* in formula *stipem colligere*) 1 Sam. 2, 36. LXX. ὀβολός, Vulgat. *nummus*.

אגל inus. cogn. radici גָּלַל. Indè

אֱגֶל m. pl. constr.; טַל אֱגָלַי *stillæ* i. e. guttulæ, globuli *roris*, Job 38, 28. Sic optimè Vulg. Chald. Syr. Minus favet contextus notioni *promptuariorum*, *receptaculorum* à quibusdam excogitatæ.

אֶגְלַיִם nom. pr. vici in agro Moab, Jes. 15, 8.

אגם rad. inus. chald. *contristatus fuit*, *doluit*. Indè

אֲגַם m., constr. אַגַם, pl. אֲגַמִּים, constr. אַגְמֵי, suffix. אַגְמֵיהֶם 1) *stagnum, palus*; Ex. 7, 16. 8, 1. Jes. 35, 7. 42, 15. Ps. 107, 35 — 2) *palus arundine obsita, arundinetum* Jer. 51, 32.

אָגְמִי m. pl. constr. אַגְמֵי נֶפֶשׁ, *tristes animi* vel *animo* Jes. 19, 10.

אַגְמוֹן et אַגְמֹן m. 1) *ahcnum fervens* Job 41, 12, — 2) *juncus*, Jes. 58, 5. Ad Jes. 9, 13, 19, 15, cf. כִּפָּה — 3) *funis junceus* Job 40, 26. Rad. אגם.

אגן rad. inus. undè :

אַגָּן m. constr. אַגַּן, pl. אַגָּנוֹת; *labrum*, *pelvis* Ex. 24, 6. Jes. 22, 24. Cant. 7, 3.

אֲגַפִּים m. pl., suff. אֲגַפָּיו, אֲגַפֶּיךָ; pr. *alæ*, ut chald. et talmud. גַּף, אֲגַף; hinc *alæ exercituum*, *exercitus* ipsi, *copia*; tantummodò apud Ezechielem obvium Eze. 12, 14. 17, 21. 38, 6. 9. 39, 4. Rad. גָּנַף.

אָגַר futur. יֶאֱגֹר, part. act. אֹגֵר; *collegit*, *congessit* fruges Deut. 28, 39. Prov. 6, 8. 10, 5.*—Part. pass. est אָגוּר Prov. 30, 1. sed cùm signif. activâ *congregans* (cf. אָחוּז, יָקוּשׁ); symbolicum nomen quo Salomo significatur; haud secus atque קֹהֶלֶת q. v. Sic permulti; alii verò nomen pr. esse volunt viri sapientis, qui Proverb. capitis 30, autor fuit, et cujus sententiæ Salomonis, sententiis adjectæ sunt ob argumenti similitudinem.* —Deriv. אֲגֻרָה, אִגֶּרֶת, et secundum plurimos אַגַרְטָל.

אֲגֻרוֹף m. *pugnus* Exod. 21, 18. Jes. 58, 4. Rad. גָּרַף.

אֲגַרְטָל m. pl. constr. אֲגַרְטְלֵי *pateræ*, Esr. 1, 9. Etymon prorsùs incertum.

אִגֶּרֶת f. pl. אִגְּרוֹת suff. אִגְּרוֹתֵיהֶם, (vox sequioris Hebraismi): *epistola*, potissimum, de epistolis edictisque regiis vel auctoritate publica scriptis, 2 Paral. 30, 1, 6. Neh. 2, 7, 9. 6, 5, 17. Esth. 9, 6, 29.

אֵד masc. pr. *expressio*, *exhalatio* terræ, hinc *vapor* Gen. 2, 6. Job 36, 27. Rad. אוד.

אֵדוֹת vid. אוֹדוֹת.

אדב ut דָּאַב *contabuit*, q. v. legitur non nisi in Hiph. inf. לַאֲדִיב (pro לְהַאֲדִיב) *ad conficiendum summo mœrore*; 1. Sam. 2, 33. Cf. imprimis Deut. 28, 63.

אַדְבְּאֵל n. pr. viri Gen. 25, 13.

אֲדַד n. pr. viri 1 Reg. 11, 17. qui ibid. ver. 14, vocatur הֲדַד.

אִדּוֹ n. pr. viri Esr. 8, 17.

אָדוֹן m. constr. אֲדוֹן, suff. אֲדֹנַי, præfix. בַּאדֹנִי, וַאדֹנִי, plur. אֲדֹנִים, constr. אַדֹנֵי suff. אֲדֹנַי, אֲדֹנֶיךָ, אֲדֹנָיו; plur. affix. אֲדֹנַי, undè אֲדֹנָי q. v.—Propr. *qui exercet imperium* aut *dominium* quodcumque in alios, *dominus*. Dicitur, 1) de *possessore*; 1 Reg. 16, 24. unde de hero servorum Gen. 24, 14. 27. 39, 2, 7, de *regibus* ut dominis subjectorum; Jes. 26, 13, de *marito* uxoris Gen. 18, 12. (cf. בַּעַל). Denique de *Deo mundi et possessore et moderatore* Jos. 3, 13: אֲדוֹן כָּל־הָאָרֶץ, qui et κατ' ἐξοχήν הָאָדוֹן Ex. 23, 17. et omisso art. אָדוֹן vocatur Ps. 114, 7. —2) De *præfecto* et *moderatore* Gen. 45, 8. —אֲדֹנִי *domine mi!* compellatio honorifica omnium, quibus reverentia debetur Gen. 31, 35. Num. 12, 11: 1 Reg. 1, 17, 18. 3, 17. Blandius et aliquantò submissius dici solebat *dominus meus*, loco pronom. *tu*, ut Gen. 33, 8, 13, etc.

Plur. אֲדֹנִים *domini* Jes. 26, 13. (cum verbo pl.) et sic cum suff. אֲדֹנַי *domini mei* Gen. 19, 2, 18. Alibi ubivis est pl. excellentiæ, ejusdem prorsus cum singulari significatûs Gen. 39, 2 sqq. eamque ob causam adjectivo singulari jungitur, ut Jes. 19, 4, etc.

אֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים *dominus dominorum*, i. e. Jehova Deut. 10, 17. De idolis Soph. 1, 9. cf. בַּעַל.

אֲדֹנָי *Dominus*, de Deo solo dicitur Gen. 18, 27. Jud. 13, 8. Esr. 10, 3. etc. Terminatio יִ־ forma vestustior est Plur. pro vulgari ־ִים (ut in שַׁדַּי); sed scribitur יָ־ ut distinguatur ab אֲדֹנַי *domini mei*. Ceterum Judæi quotiescunque in contextu sacro scriptum est יְהוָה, legunt אֲדֹנָי,

אֲדוֹרַיִם n. pr. oppidi Judæorum 2 Par. 11, 9.

אֲדוֹרָם vid. אֲדֹנִירָם.

אַדִּיר m. suff. אַדִּירוֹ, pl. אַדִּירִים, constr. אַדִּירֵי, suff. אַדִּירֶיךָ, 1) *prægrandis*, *ingens*, *validus* Ps. 93, 4. 33, 21. — 2) *potens*, Ps, 136, 18. Eze. 32, 18. — 3) *princeps*, *dux*, Plur. *proceres*, *magnates* Jud. 5, 25: 2 Par. 23, 20. Neh. 10, 30. — 4) *magnificus*, *illustris*, *gloriosus* Ps. 8, 2. — 5) *nobilis* Ps. 16, 3.

אַדַלְיָה n. pr. viri Esth. 9, 8.

אָדַם *rubuit*, *rutilavit*. Hinc forsan *Principes eorum..... candebant præ lacte*, אָדְמוּ עֶצֶם מִפְּנִינִים *rubuit corpus eorum præ coralliis* Thren. 4, 7. Candor et rubedo pertinent ad descriptionem pulchritudinis juvenilis.

Puh. Part. מְאֻדָּם *rubro colore infectus* Ex. 25, 5. 35, 7, 23. Nah. 2, 4.

Hiph. Fut. plur. יַאְדִּימוּ *rubrum colorem referent*, *rubræ erunt*, Jes. 1, 18.

Hithpa. fut. יִתְאַדָּם *rutilat* (vinum in poculo) Prov. 23, 31. Deriv. sequuntur; vid. prætereà דָּם.

אָדָם m. 1) pr. *è terrâ ortus* (cf. Gen. 2, 7. 3, 19); *homo*. Neque st. constr., neque pluralis formam admittit hoc voc., sæpissimè autem collect. notat *homines*, *genus humanum* Gen. 1, 26, 27. 6, 1. Ps. 68, 19. 76, 11. Job. 20, 29. Interdùm adjectivis ut genitivus postponitur, velut אֶבְיוֹנֵי אָדָם *pauperes hominum* i. e. homines pauperes Jes. 29, 19, cf. Hos. 13, 2; et intercedente בְּ, ut בִּגְדִים בְּאָדָם Prov. 23, 28. — Spec. legitur 1) de *aliis*, reliquis *hominibus*, opp. iis de quibus nunc actum fuerat Jer. 32, 20: בְּיִשְׂרָאֵל וּבְאָדָם *in Israële et in reliquis hominibus*. Jud. 16, 7. 18, 28. Ps. 73, 5. Jes. 43, 4. — 2) de *hominibus è vulgo*, *ignobilibus*, *infimæ sortis* Job. 31, 33. Ps. 82, 7. Jes. 2, 9. 5, 15, — 3) de *mancipiis*, ut נֶפֶשׁ Num. 16, 32. — 4) de *militibus*, Jes. 22, 6. Cf. אִישׁ. — 5) pro *viro*, i. q. אִישׁ Eccl. 7, 28: *virum* (sc. hoc nomine dignum, per emphasin) *reperi unum e millibus*, *sed mulierem in toto earum numero non inveni*. — 6) pro *aliquo* Lev. 1, 2. Cum part. negandi *nemo* Job. 32, 21. Cf. אִישׁ. — 7) n. pr. hominis protoplasti Gen. 2, 7 sq. 3. 4. it. oppidi ad Jordanem Jos. 3, 16. — בֶּן אָדָם cum art. בֶּן הָאָדָם *filius hominis* poët. de *homine*. Num. 23, 19. Ps. 8, 5. 80, 18. Job. 16, 21. 25, 6. 35, 8, et sæpissimè apud Ezechielem, ubi propheta à Deo compellatur: בֶּן אָדָם *fili hominis* i. e. mortalis! Eze. 2, 1, 3. etc. Frequentior etiam est Plur. בְּנֵי אָדָם *homines* Deut. 32, 8. Ps. 11, 4, etc. Cum art. בְּנֵי הָאָדָם 1 Sam.

26, 19 : 1 Reg. 8, 39. Ps. 145, 12. Eccl. 1, 13.

אָדֹם et אָדוֹם adj. f. אֲדֻמָּה plur. אֲדֻמִּים ; *ruber*, de veste sanguine conspersa Jes. 63, 2, de genis rubicundis Cant. 5, 10, de equo fusco Zach. 1, 8. 6, 2, de vacca rufa Num. 19, 2, de lentium rubedine Gen 25, 30. Substant. *rubrum* i. e. *rubedo*. Jes. 63, 2.

אֱדֹם n. pr. 1) cognomen Esaü Gen. 25, 25. — 2) Edomi posteri i. e. *Edomitæ* s. Idumæi Num. 20, 14. Jud. 11, 17. it. *regio Idumæorum, Idumæa*, ipsa et tunc ferè femininè generis est Gen. 36, 32. Jes. 11, 14. Jer. 49, 17. Edomitarum autem regio tractum illum montanum inter mare mortuum et maris rubri sinum Ælaniten occupabat, posteà Gebalene, Γεβαληνή, hodiè *Dschebal* dictum. — Nomen gent. est אֲדֹמִי *Edomita, Idumæus* Deut. 23, 8. Fem. אֲדֹמִית pl. אֲדֹמִיּוֹת *Idumææ* (mulieres) 1 Reg. 11, 1.

אֹדֶם masc. *gemma* quædam *rubicunda*, fort. *rubinus, granatum* Ex. 28, 17. 39, 10. Eze. 28, 13. LXX. Vulg. Σάρδιον, *Sardius*.

אַדְמְדָּם f. pl. f. אַדַמְדְּמוֹת *subrudibus, subrufer*, de arcolâ, quæ squamam (la croûte, l'écaille) circumdat in leprâ Lev. 13, 19 sq. 14, 37.

אֲדָמָה f. 1) *humus* Ex. 20, 21, de pulvere, quo lugentes caput conspergebant, 1 Sam. 4, 12 : 2 Sam. 15, 32. — 2) *terra*, quæ colitur, *ager* Gen. 4, 2. 47, 19, 22, 23. Ps. 105, 35. Jes. 28, 24. אֹהֵב אֲדָמָה *amans agrum* i. e. *agriculturam* 2 Par. 26, 10. De proventu agri, Jes. 1, 7. — 3) *terra, regio* Gen. 28, 15. אַדְמַת יְהוָה *terra Jehovæ* i. e. Canaan Jes. 14, 2. Plur. אֲדָמוֹת *regiones*, semel Ps. 49, 12. — 4) *orbis terræ* Gen. 4, 11. 6, 1. 7, 4. — 5) n. pr. oppidi tribus Nephtali. Jos. 19, 36.

אַדְמָה n. pr. oppidi in regio Pentapolitanâ Gen. 10, 19. 14, 2, 8. Deut. 29, 22. Hos. 11, 8.

אַדְמֹנִי et אַדְמוֹנִי m. *rufus*, i. e. rufis capillis Gen. 25, 25 : 1 Sam. 16, 12. 17, 42.

אַדָּמִי n. pr. oppidi Nephtalitarum Jos. 19, 33.

אַדָּמִי vid. אֱדֹם.

אַדְמָתָא n. pr. viri. Esth 1, 14.

אַדָּן n. pr. viri Esr. 2, 59 : idem in loco parallelo Neh. 7, 61, אַדּוֹן.

אָדֶן m. pl. אֲדָנִים, constr. אַדְנֵי, suffix. אַדְנֵיהֶם, אַדְנָיו ; *basis, stylobates* Ex. 26, 19 sq. 27, 10 sq. 36, 38. Job. 38, 6, etc. Rad. אדן.

אַדְנִי vid. p. 10.

אַדְנִי־בֶזֶק nom. titulusve regis urbis Cananææ Bezec Jud. 1, 5—7.

אַדְנִי־צֶדֶק n. pr. Hierosolymorum regis Canaanitici Jos. 10, 1, 3.

אַדְנִיָּהוּ n. pr. 1) viri 1 Reg. 1, 8 sq., qui et אַדְנִיָּה vers. 5. 2 Sam. 3, 4. — 2) 2 Par. 17, 8. — 3) Neh. 10, 17. qui et Esr. 2, 13.

אַדְנִירָם n. pr. viri, 1 Reg. 4, 6. forsan id. ac אֲדוֹרָם 2 Sam. 20, 24; 1 Reg. 12, 18, et הֲדוֹרָם 2 Paralip. 10, 18.

אָדַר cognat. הָדַר pr. *amplus*, dein *magnificus fuit*.

Niph. Partic. נֶאְדָּר, cum ' parag.

נֶאְדָּרִי; *magnificatus est* Ex. 15, 11. et ver. 6, ubi: יְמִינְךָ יְהוָה נֶאְדָּרִי בַכֹּחַ *dextra tua, ô Jehova, magnificata est* (i. e. illustris reddita) *robore*, al. vertunt *ô Jehova*, qui es *magnificus;* referentes נֶאְדָּרִי ad יְהוָה sed minus aptè.

Hiph. *magnificum, illustrem reddidit;* fut. יַאְדִּיר *magnificum, illustrem reddet* Jes. 42, 21. Deriv. אֶדֶר, אַדִּיר, אַדֶּרֶת, אֶדֶר.

אֲדָר *Adar*, mensis duodecimus, a novilunio mensis Martii ad novilunium Aprilis (sec. Rabbinos à novilunio Februarii ad novilunium Martii). Esth. 3, 7, 13, 8, 12, 9, 1. 15, 17, 19. 21.

אַדַּר v. חֲצַר אַדָּר.

אֶדֶר m. pr. 1) *pallium amplum.* Mich. 2, 8, i. q. אַדֶּרֶת. — 2) *magnificentia* Zach. 11, 13.

אַדַּרְכוֹן m. pl. אַדַּרְכֹנִים 1 Par. 29, 7. Esr. 8, 27, i. q. דַּרְכְּמוֹן *daricus*, nummus persicus ex auro puro cusus, isque Judæis, quamdiu Persarum imperio subjecti erant, frequentissimus. א prosthet. est. Vulgò idem ac δραχμή. Etymon haud satis certum.

אַדְרַמֶּלֶךְ n. pr. 1) idoli Sipparenorum, qui humanis placabatur 2 Reg. 17, 31. — 2) viri Jes. 37, 38: 2 Reg. 19, 37.

אַדְרֶעִי n. pr. 1) metropoleos Batanææ veteris, intra fines Manassitarum sitæ, Num. 21, 33. Deut. 1, 4. Jos. 12, 4. — 2) oppidi Nephtalitar. Jos. 19, 37.

אַדַּרְתּ f., suff. אַדַּרְתּוֹ, *ampla.* Eze. 17, 8: גֶּפֶן אַדֶּרֶת *vitis ampla, frondosa.* — 2) *pallium* 1 Reg. 19, 13. 19: 2 Reg. 2, 13. 14. Jon. 3, 6. אַדֶּרֶת שִׁנְעָר *pallium babylonicum* Jos. 7, 21 i. e. picturis variegatum, vel intextas habens variis coloribus hominum bestiarumque figuras. אַדֶּרֶת שֵׂעָר *pallium pilosum* Gen. 25, 25. Zach. 13, 4. — 3) *magnificentia.* Zach. 11, 3.

אָדַשׁ i. q. דוּשׁ *trituravit;* undè infin. abs. אָדוֹשׁ *triturando* Jes. 28, 28.

אָהַב et אָהֵב part. act. אֹהֵב, suff. אֹהֲבִי, pl. אֹהֲבִים, constr. אֹהֲבֵי; f. אֹהֶבֶת, cum parag. אֹהַבְתִּי; pass. אָהוּב, f. אֲהוּבָה, fut. יֶאֱהַב et יֶאֱהֵב, 1 pers. אֶאֱהַב et אֶאֱהֵב, 2e pers. pl. m. תֶּאֱהֲבוּ; infin. אֱהֹב Eccl. 3, 8. et אַהֲבָה. 1) *cupivit, adspiravit;* cum acc. Ps. 40, 17. 70, 5, sq. כִּי Ps. 116, 1. — 2) *amavit,* cum acc. Gen. 37, 3, 4. Deut. 4, 37, rarius cum לְ Levit. 19, 18, 34, et בְּ Eccl. 5, 9: 1 Sam. 20, 17. Part. אֹהֵב *amicus*, isque diligens et dilectus familiaris, diversus à רֵעַ *socio.* Prov. 18, 24. Esth. 5, 10, etc. — 3) *delectatus est* aliquâ re, cum gerundio verbi (*aimer à faire quelque chose*), Jer. 14, 10, etc. Hos. 12, 8: לַעֲשֹׁק אָהֵב *oppressione delectatur.* Jes. 56, 10. Jer. 14, 10.

Niph. part. pl. נֶאֱהָבִים *amabilis* 2 Sam. 1, 23.

Pi. part. מְאַהֵב pl. מְאַהֲבִים, suff. מְאַהֲבֶיהָ; 1) *amicus* Zach. 13, 6. — 2) *amasius*, imprimis *mœchus.* Eze. 16, 33 sq. 23, 5 sq. Derivata statim sequuntur.

אֲהָבִים in pl. tantùm 1) *amores*, spec. inhonesti. Trop. de societatibus cum gentibus exteris junctis Hos.

8, 9. — 2) *deliciæ* אַיֶּלֶת אֲהָבִים *cerva deliciarum* i. e. suavissima, dulcissima Prov. 5, 19.

אַהַב m. *amor*. In sing. semel pro amasiis, mœchis Hos. 9, 10 (LXX. οἱ ἠγαπημένοι). Plur. אֲהָבִים *amores*, maximè inhonesti, meretricii. Prov. 7, 18.

אַהֲבָה (infin. אָהַב), constr. אַהֲבַת, suff. אַהֲבָתָם, 1) *amare*, cum acc. Deut. 7, 8: 1 Reg. 10, 9, etc. — 2) *amor*, 1 Sam. 18, 3. Prov. 10, 12. Cant. 8, 6, 7. — 3) *objectum amoris, deliciæ* Cant. 2, 7. 3, 5, etc.

אַהַד n. pr. viri Gen. 46, 10.

אֲהָהּ interj. dolentis *ah! eheu!* Jos. 7, 7. Jud. 6, 22: 2 Reg. 6, 5, 15. Joël 1, 15, etc.

אֲהוּד n. pr. viror. Jud. 3, 15 sq. 1 Par. 7, 10.

אַהֲוָא n. pr. fluminis Esr. 8, 21, 31 et regionis conterminæ Vers 15, in quâ Esras populum in patriam redituram congregabat.

אֱהִי Hos. 13, 10, 14. Hoc voeab. quod alibi est fut. apoc. à rad. הָיָה, hîc i. q. אַיֵּה, אַי *ubi*? Sic Chald. LXX. Vulgat. et exigit contextus.

אָהַל; fut. conv. וַיֶּאֱהַל — 1) forsan ut הָלַל *splenduit, micuit;* — 2) *tentorium movit* (denom. ab אֹהֶל), de Nomade migrante, tentoria mox figente mox promovente, Gen. 13, 12, 18.

Pi. fut. יְאַהֵל pro quo יַהֵל *tentorium figet* Jes. 13, 20. Cf. מַלָּךְ pro מְאַלֶּךָ.

Hiph. i. q. Kal no. 1. *splenduit.* Job. 25, 5: הֵן עַד־יָרֵחַ וְלֹא־יַאֲהִיל *ecce vel lunam, neque hæc splendet* i. e. pura, munda est de sententia Dei. Sic LXX. Vulgat. efflagitant tum contextus, tum parallelismus.

אֹהֶל e. Suff. אָהֳלִי, אָהֳלְךָ (*oholcha*) cum He parag. אָהֳלָה; pl. אֹהָלִים pro אֳהָלִים cum præf. בְּאָהָלִים, constr. אָהֳלֵי, suff. אָהֳלֶיךָ, אָהֳלָיו, אָהֳלֵיכֶם, אָהֳלִי 1) *tentorium* Gen. 9, 27, etc. אֹהֶל מוֹעֵד *tentorium conventus*, i. e. templum illud portabile Israëlitarum in deserto, quod describitur Ex. 26 collat. 36, etiam simpliciter הָאֹהֶל dictum 1 Reg. 1, 39. Quo in tentorio si אֹהֶל distinguitur à מִשְׁכָּן, אֹהֶל est tegumentum tentorii exterius, duodecim constans cortinis è pilis caprarum contextis, quod imponebatur *habitaculo* (מִשְׁכָּן) h. e. decem aulæis interioribus, quæ asseribus incumbebant. Ex. 26, 1, 7. 36, 8, 14, 19. — 2) *domus, habitatio* quælibet Jes. 16, 5. Jer. 4, 20, etc. — 3) spec. de templo. Eze. 41, 1. — 4) n. pr. viri 1 Paral. 3, 20. Latet etymon.

אָהֳלָה n. pr. meretricis fictium quo designatur Samaria Eze. 23, 4 sq.

אָהֳלִיאָב n. pr. viri Ex. 31, 6. 35, 34.

אָהֳלִיבָה n. pr. mulieris meretriciæ quo indigitatur Jerusalem Deo infidelis. Eze. 23, 4 sqq.

אָהֳלִיבָמָה n. pr. mulieris, Gen. 36, 2, 14, et viri Gen. 36, 41: 1 Chron. 1, 52.

אֲהָלִים m. pl. Num. 24, 6. Prov. 7, 17; et f. אֲהָלוֹת Ps. 45, 9. Cant. 4, 14, genus arboris odoriferæ, Græc. ἀγάλλοχον, ξυλαλόη quoquæ dictæ, *lignum aloës*, it. *lignum paradisi et li-*

gnum aquilæ, *Excœcaria Agalocha* Linn. V. Diosc. l. I, 21. Vid. Celsius in *Hierobot.* et Michaëlis in *Suppl.*

אָהַר rad. inusit. et incerta. Indè

אַהֲרוֹן n. pr. Aaron Ex. 4, 14, etc. בְּנֵי אַהֲרוֹן *filii Aaronis* Jos. 21, 4. 10. 13 et poët. בֵּית אַהֲרוֹן Ps. 115, 10, 12. 118, 3 *domus Aaronis* de sacerdotibus, *Aaron* autem Ps. 133, 2 pro quovis summo sacerdote dicitur.

אַו masc. constr. אוֹ (formæ צוֹ, קוֹ, à rad. אָוָה *voluit*) — 1) pr. *voluntas*, *desiderium*. Semel legitur substantivè Prov. 31, 4 in Chetib, ubi efferendum: וְלִרְוָנִים אוֹ שֵׁכָר *et principes* (non decet) *desiderium temeti*. Keri: אַי שֵׁכָר (non decet dicere) *ubi temetum?* — 2) *libera voluntas*, *electio*, hinc Conj. quæ liberam hoc vel illud eligendi potestatem dat, *vel*, *aut*, sicut *vel* (et quod inde decurt. est, *ve*) à *velle*. Deut. 13, 2, etc. Ubi geminatur *sive*, *sive* Exod. 21, 31. Lev. 5, 1. Aliquoties intendit sermonem: *aut potiùs*. 1 Sam. 29, 3: *qui mecum fuit jam multos dies* אוֹ זֶה שָׁנִים *quin potiùs annos*. Passim ellipt. pro אוֹ כִּי quod sequ. futuro subjunctivo latinè commodè vertas *nisi forte*, sic: *totam ego comburam*, אוֹ יַחֲזֵק בְּמָעֻזִּי *nisi fortè prehenderit asylum meum*, Jes. 27, 5. — Hinc abiit, 3) in part. condition. pr. *si vis*, *si*, *si forte*, *sin autem*. (LXX. ἐάν), cf. lat. *sive*, in quo itidem latet *si* condit ita seq. futuro 1 Sam. 20, 10: *quis indicabit* mihi אוֹ מַה־יַּעֲנְךָ אָבִיךָ קָשֶׁה *si duri quidquam tibi responderit pater tuus?* LXX. ἐάν. Vulg. *si forte*. Vertas etiam, *sin autem* Ex. 21, 36, etc. — * Quoad Gen. 24, 55, sic statuendum videtur: *maneat nobiscum puella*, יָמִים אוֹ עָשׂוֹר *dies aliquot* (i. e. aliquod tempus decem diebus longius) aut saltem decem. *

אוּאֵל n. pr. viri Esr. 10, 34.

אוּב radix inusit. undè

אוֹב m. pl. f. אוֹבוֹת — 1) *uter* Job 32, 19, ubi pl. אֹבוֹת *utres* jungitur masculino חֲדָשִׁים *novi*. — 2) *necromantes* et *necromantia*, *ars necromantica* Lev. 19, 31: 1 Sam. 28, 7, 8, ete Gesenius et quidam alii putant Jes. 29, 4 אוֹב dictum de *ipso mortuo evocato*, sed haud minùs commodè perusitatum significatum *necromantem* verti potest. — LXX ubique fere אֹבוֹת reddunt ἐγγαστριμύθους, *ventriloquos*, et rectè, quoniam ventriloqui apud veteres plerumque hâc intus loquendi arte ad præstigias abutebantur. — Est etiam אוֹבוֹת n. pr. stationis Israëlitar. in deserto Num. 21, 10. 33, 43.

אוֹבִיל n. pr. viri 1 Par. 27, 30.

אוֹבָל et אֹבֶל m. *fluvius*, *amnis* Dan. 8, 2, 3, 6. Rad. יָבַל.

אוּד et אִיד cognat. אוּץ *premere*, *urgere*. Derivat. statim; adde מְאֹד.

אוּד m. pl. אוּדִים *titio*, *torris*, Jes. 7, 4. Zach. 3, 2. Amos 4, 11.

אוֹדוֹת f. pl. suff. אוֹדוֹתַי, אוֹדוֹתֶיךָ; pr. *res quæ premunt*, *urgent*; hinc *molestiæ*; quæ notio ubique congruit, etsi per *propter* vulgò vertant. Usurpatur non nisi in formulâ עַל אוֹדוֹת, Gen. 21, 11, 25. 26, 32. Ex. 18, 8. Jos. 14, 6. Jer. 3, 8. Quod in editt. legitur 2 Sam. 13, 16 אֵל אוֹדוֹת, id

è duab. lection. conflatum est, alterâ אֶל אוֹדוֹת, alterâ עַל אוֹדוֹת.

אָוָה et אָיָה cognat. אָבָה *pronus fuit, cupivit*. In Kal inus.

Pi. אִוָּה fut. יְאַוֶּה; sed נָאוֶה, נַאֲוָה, vide in נָאָה; *expetivit, desideravit*. Tribuitur ubique animæ (נֶפֶשׁ) Ps. 1, 32, 13, 14, etc.

Hithpa. הִתְאַוָּה, part. f. מִתְאַוָּה; pl. m. מִתְאַוִּים, fut. יִתְאַוֶּה, apoc. יִתְאָו; 1) *cupivit, desideravit sibi*. Constr. absol. 1 Par. 11, 17. Cum acc. Num. 11, 4. Deut. 5, 18. Jer. 27, 16. Cum dat. Prov. 23, 3, 6. — 2) *signavit, designavit, descripsit*, ut תָּאָה et תָּוָה. Num. 34, 10. ubi agitur de limitibus, finibus determinandis. A Piel ita differt Hithpael, ut hoc nunquam, illud semper jungatur substantivo נֶפֶשׁ. Nomina derivata præter hæc, quæ sequuntur, sunt אַו constr. אוֹ, מַאֲוַיִּים אִי, תַּאֲוָה.

אַוָּה f. constr. אַוַּת, suff. אַוָּתִי *desiderium, libido* Deut. 12, 15. Jer. 2, 24. — 2) *lubitus*. 1 Sam. 23, 20. Ubique tribuitur animæ (נֶפֶשׁ), præter Hos. 10, 10.

אוּזַי n. pr. viri Neh. 3, 25.

אוּזָל n. pr. viri Gen. 10, 27.

אֱוִי n. pr. regis Madianitarum Num. 31, 8. Jos. 13, 31.

אוֹי 1) *lamentatio* Prov. 23, 29. —2) interj. tam dolentis, *væ* cum dat. 1 Sam. 4; 8. Jes. 3, 9. rarò cum acc. Ezech. 24, 6, 8, et absol. Num. 24, 23, quàm comminantis et imprecantis Num 21, 29. Cognatum est הוֹי.

אוֹיָה i. q. אוֹי. Ps. 120, 5. cum dat.

אֱוִיל m. pl. אֱוִילִים; *stultus*, vel adject. אִישׁ אֱוִיל Prov. 29, 9. Hos. 9, 7, vel, quod sæpius fit, subst. Job 5, 2. Jes. 19, 11. Prov. 7, 22, etc. Interdum *impietatis* notionem inclusam habet. Job 5, 3. Rad. אָוַל.

אֱוִילִי Zach. 11, 15. Rad. אָוַל.

אֱוִיל מְרֹדַךְ n. pr. regis Babyloniæ 2 Reg. 25, 27. Jer. 52, 31.

אוּל rad. inusit. i. q. יָאַל q. v.

אוּל et אִיל rad. inus. sed cujus significationes sunt, quantùm sive ex derivatis nominibus, sive ex verbis cognatis, sive ex usu arabico autumare licet: *fortem, robustum, primum, primorem esse*.

אוּל m. 1) *corpus*, ut in arab. Ps. 73, 4. —2) Plur. *potentes, primores*. 2 Reg. 24, 15 in Chethib אוּלֵי הָאָרֶץ *primores terræ*. Keri אֵילֵי exhibet.

אוּלַי comp. ex אוֹ et לַי = לֵי, לֵא, לָא *non* (cf. אַחְלַי, לוּלֵי) — 1) *si non, nisi*; sic Num. 22, 33, ubi vertendum: *nisi declinasset a facie mea, illicò te interfecissem*. LXX. Εἰ μή. Aben Esra bene לוּלֵי. — 2) *an non* i. e. *fortassè, forsitan* Gen. 16, 2. 24, 5. Jos. 9, 7. Amos 5, 15, etc. — 3) n. pr. fluvii Dan. 8, 2.

אוּלָם rarius אֻלָם m. pl. constr. אֻלַמֵּי; pr. *pars prima*, seu *anterior* ædificii; hinc 1) *vestibulum, porticus*, German. Vorhalle 1 Reg. 7, 6 seqq. Eze. 40, 7 seqq. Spec. de templi Salomonis vestibulo (πρόναος) 1 Reg. 6, 3. Joël 2, 17. Sæpiùs LXX per ναὸς vertunt undè cum quibusdam suspicari possis, sequiori ævo, אוּלָם quandoque pro *templo* ipso, partem pro toto, dictum fuisse 2 Chron. 29, 7. collat. 28, 24. — hinc 2) adverb. pr.

à parte antieâ, undè *ex adverso*, *verùm*, *verùm enim verò* Job 2,5. 5, 8. item *veruntamen*, *nihilominùs* (*toutefois*) Gen. 48, 19. Ex. 9, 17. — 3) n. pr. virorum 1 Par. 7, 16. 8, 39, 40. Rad. אול.

אִוֶּלֶת f., suff. אִוַּלְתִּי, 1) *stultitia*, sæpissimè in Proverbiis. — 2) *impietas* Ps. 38, 6 (cf. נְבָלָה). 69, 6. — 3) fort. *potestas*, *principatus*, ut si a rad. אול. Prov. 14, 24: אִוֶּלֶת כְּסִילִים אִוֶּלֶת *principatus* s. magni honores *stultorum stultitia* sunt i. e. fons actionum stultarum. Lusisse videtur scriptor in duplici ejusdem vocabuli אִוֶּלֶת significatione. Rad. אול.

אוֹמָר n. pr. viri Gen 36, 1.

אִין et אַיִן rad. inus. Indè.

sensu Ps. 74, 15. Ex. 14, 27 explanant, haud secus ac 1 Reg. 8, 2. יֶרַח הָאֵיתָנִים *mensis* (rivorum) *perennium* (alibi *Tisri*), qui à novilunio Octobris orditur et anni hebræi septimus est; collat. arab. وتن *perennis fuit* aqua. Verùm opinio ista fundamentum habet haud satis certum. Primùm, Deut. loc. citat. non congruit *rivi* notio sed *vallis*, ut constat ex subjectà descriptione; ac proindè vox ipsa אֵיתָן significatu *perpetuò fluentis*, haud gaudet, cui aliundè competit *saxosæ, petrosæ* sensus. Similiter, Amos 5, 24, ubi agitur de rivo, nihil impedit quominùs vocabulo אֵיתָן, *validi, vehementis*, quam aliàs habet, significatio tribuatur. Haud difficiliùs expedientur, tùm Ex. 14, 27, ubi אֵיתָנוֹ exprimit tantummodò *impetum vehementem*, et notio *fluendi* includitur in יָם *mare*, quemadmodùm Ps. 74, 15 in נַהֲרוֹת *flumina;* tùm 1 Reg. 8, 2, ubi latet הַנְּחָלִים *torrentium*, modo tamen non subaudiatur aliud nomen quod nos fugit. Nec ideò ad arabic. significatum confugere necesse est. * — 3) n. pr. viri 1 Reg. 5, 11. Ps. 89, 1 : 1 Par. 6, 18, 29.—Rad. יתן.

אַךְ forsan ex אֶכֶן à rad. כון, cf. chald. הָכֵי, הָכִי et כְּ ortum ex pleniore כֵּן — 1) *profectò, certè*, Gen. 44, 28 : 1 Reg. 22, 32. Ps. 58, 12. Job. 18, 21, etc. — 2) *tantùm, tantummodò, nonnisi* Ex. 10, 17. Lev. 11, 21. Ps. 37, 8. Prov. 14, 23, etc. Hinc antè adject., et adverb. et verba *prorsus, omninò* Deut. 16, 15. Jes. 16, 7. 19, 11 : 1 Sam. 25, 21. Ps. 73, 13. Job 19, 13, etc. Antè subst. *nil nisi*, quod sæpè adjectivis *solus, merus, totus* reddi potest Ps. 39, 12. 139, 11. Cf. Ex. 12, 15 : אַךְ בַּיּוֹם הָרִאשׁוֹן *prorsus primō die* est *ipso die primo*. — 3) est excipientis : *modò, tantummodò, sed* Gen. 20, 12 : אַךְ לֹא בַת אִמִּי *modo non filia matris meæ*. Lev. 11, 4. Num. 26, 55. Deut. 18, 20. Jos. 3, 4. — 4) de tempore *tantùm quod, vixdùm*, Gall. *à peine*, Gen. 27, 30. Jud. 7, 19.

אַכַּד n. pr. urbis à Nemrode conditæ Gen. 10, 10. LXX. Ἀρχάδ. Targg. Hieron. *Nesibin* intelligunt, Mesopotamiæ urbem.

אַכְזָב *mendax, fallax* Jer. 15, 18. Mich. 1, 14. — Rad. כָּזַב.

אַכְזִיב n. pr. 1) oppidi maritimi in tribu Aser, gr. *Ecdippa*, hodie *Dsib* Jos. 19, 29. Jud. 1, 31. — 2) oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 44. Mich. 1, 14. Cf. כְּזִיב et כְּזִבָּה.

אַכְזָר m. 1) *fortis, audax* Job 41, 2. — 2) *durus, crudelis* Thren. 4, 3, hinc *hostis* Job 30, 21. — 3) *sævus*, (de veneno) Deut. 32, 33. — Rad. כזר.

אַכְזָרִי m. 1) *durus, crudelis* Prov. 5, 9. 17, 11. Jer. 6, 23. — 2) *sævus, atrox*. Prov. 17, 11 : *nuntius atrox* i. e. qui nuntium affert funestum, velut sententiam mortiferam. Jes. 13, 9. Jer. 30, 14. — Rad. כזר.

אַכְזְרִיּוּת f. *crudelitas, sævitia* Prov. 27, 4. — Rad. כזר.

אֲכִילָה f. *cibus, esus* 1 Reg, 19, 8. — Rad. אָכַל.

אָכִישׁ n. pr. regis Philist. in urbe Gath 1 Sam. 21, 11. 27, 2 : 1 Reg. 2, 39.

אָכַל, inf. abs. אָכוֹל, constr. אֵכֶל, cum præf. לֶאֱכֹל, בֶּאֱכֹל, cum suff. אָכְלוֹ, אֲכָלָהּ, fut. יֹאכַל, in Pausâ יֹאכֵל, semel יוֹכְלוּ Eze. 42, 5. — 1) *edit, comedit.* (Vicina radix est כָּלָה). Ponitur absol. Deut. 27, 7 : 1 Sam. 9, 13, sæpius cum acc. cibi, rarò sq. לְ Thren. 4, 5, בְּ Ex. 12, 43 — 45. Lev. 22, 11 et מִן Lev. 7, 21. 25, 22. Num. 15, 19. Usurpatur etiam de bestiis Jes. 11, 7, undè הָאֹכֵל *comesor* Jud. 14, 14 de leone dicitur. Notand. *edere terram, agrum, vitem* pro *fructum ejus comedere* Gen. 3, 17. Jes. 1, 7. 36, 16 (cf. 37, 30). — אָכַל לֶחֶם *cibum consumsit* 1 Reg. 21, 7. Ps. 102, 5. it. *pransit, cœnavit, epulatus est* Gen. 31, 54. 43, 16. Jer. 41, 1. 52, 33 cf. φαγεῖν ἄρτον Luc. 14, 1. et simpliciter *vixit* Amos 7, 12. — אָכַל לִפְנֵי יְהוָה *epulas sacrificales instituit* videlicet in templo Ex. 18, 12. Deuter. 12, 7. 18. 14, 23. — אָכַל בְּשַׂר *comedit carnem* alicujus Ps. 27, 2 de hostibus sævis et ferocibus sanguinem alicujus sitientibus. — Sed *carnem suam comedere* Eccl. 4, 5 de stolido, qui invidiâ conficitur. — אָכַל חָעָם, עֲנִיִּים *comedere, devorare populum, pauperes* dicuntur viri principes, opes populi absumentes, cum divexantes et exhaurientes Ps. 14, 4. Prov. 30, 14. Hab. 3, 15. Idem est *carnem populi comedere* Mich. 3, 3. Alibi *comedere* est i. q. cæde belloque absumere Deut. 7, 16. Jes. 9, 11. Jer. 10, 25. 30, 16. 50, 7, 17. 51, 34. Hos. 7, 7. *sermones* alicujus *comedere* est avidè captare, Jes. 15, 16. — 2) *voravit, absumsit*: sæpè de inanim. velut de igne, Num. 16, 35. 21, 28. 26, 10. Job. 1, 16, etc., sq. בְּ Zach. 11, 1, de gladio 2 Sam. 2, 26. 18, 8. Deut. 32, 42, de fame et peste Eze. 7, 15, de morbo mortifero Job 18, 13, de irâ Dei Ex. 15, 7, de exsecratione Jes. 24, 6, de calore et frigore Gen. 31, 40, de nimio studio et desiderio Ps. 69, 10. — 3) *fruitus est* aliquâ re, ut bono, fortunâ Job 21, 25, fructibus bonarum malarumve actionum, amplexibus venereis Prov. 30, 20. — 4) fortassè *gustavit*, de gustandi sensu Deut. 4, 28. — 5) *diminuit, detraxit.* Eze. 42 : 5 : *cellæ superiores breviores erant* כִּי יוֹכְלוּ אַתִּיקִים מֵהֵנָּה *nam tigna* seu *columnæ detrahebant indè* i. e. partem earum occupabant.

Niph. נֶאֱכַל, part. fœm. נֶאֱכֶלֶת, infin. הֵאָכֵל, fut. יֵאָכֵל; *comestus est* Ex. 12, 46. 13, 3, 7, it. *comedi potuit, esu idoneus fuit* Gen. 6, 21. Metaph. *igne absumptus est* Zach. 9, 4.

Pi. אִכֵּל, fut. cum suff. תְּאַכְּלֵהוּ אֵשׁ (teâchlehou) *consumet eum ignis*, Joq 20, 26. pro תְּאַכְּלֵהוּ sed illud alii ad Kal referunt, alii ad Puhal.

Pu. אֻכַּל *consumptus est*, igne Neh. 2, 3, 13, gladio Jes. 1, 20.

Hiph. הֶאֱכִיל, part. מַאֲכִיל; inf. אַכִּיל pro הַאֲכִיל, sed הַכִּיל vid. in כּוּל; fut. יַאֲכִיל, semel 1 pers. אוֹכִיל,

apoc. יַאֲכַל; *fecit, ut comederet, voraret* gladius Eze. 21, 33; spec. *comedendum dedit, cibavit*, cum duobus accus., pers. et rei. Ex. 16, 32. Num. 11, 18. Deut. 8, 16. Jes. 49, 26, cum מִן cibi Ps. 81, 17.–Deriv. præter hæc, quæ statim sequuntur, vid. מַאֲכָל, אֲכִילָה.

אֹכֶל m., suff. אָכְלוֹ; — 1) nomen actionis *edere, vorare*. Ex. 12, 4: אִישׁ לְפִי אָכְלוֹ *quisque prout edit*. 16, 16, 18, 21. Job. 20, 21. — 2) *cibus*, maximè *frumentum, fruges, annona, commeatus* Gen. 14, 11. 41, 35 sq. 42, 7 sq. 43, 2 sq. 44, 1. item *præda, esca* Job 9, 26. 39, 3, 32.

אָכֶל n. pr. viri Prov. 30, 1.

אָכְלָה f. *cibus* Gen. 1, 29. 6, 21; de pabulo ferarum Jer. 12, 9, metaph. de alimento ignis Eze. 15, 4, 6.

אָכֵן (pr. inf. abs. Hiph. à rad. כון pro הָכֵין, הָכֵן *stabiliendo*, chald. הָכֵי, הָכֵין — 1) *profecto! sanè!* Gen. 28, 16. Ex. 2, 14. Jer. 8, 8.—2) *verùm, verò* Ps. 31, 23. Jes. 49, 4. 53, 4. Indè forsan est אַךְ, q. v.

אָכַף 1) pr. forsan *onus, sarcinas imposuit*, quemadmodùm in arab. *clitellas imposuit*. Hinc — 2) *ad opus impulit* Prov. 16, 26: כִּי אָכַף עָלָיו פִּיהוּ *nam impellit eum os suum* i. e. fames eum ad laborem incitat. Quod construitur cum עַל, id è primariâ *opus imponendi* signif. explicandum. Sed alii aliter.

אֹכֶף m. *onus*, et metaph. *gravitas, auctoritas*, ut כָּבוֹד. Job 33, 7: וְאַכְפִּי עָלֶיךָ לֹא יִכְבָּד *et onus meum tibi non grave* seu *molestum erit*. Ità Chald. Syr., sed LXX. ἡ χείρ μου.

אָכַר rad. inus. sed vicina radicibus נָקַר, קוּר, כוּר, כָּרָה. Indè:

אִכָּר m. pl. אִכָּרִים, suff. אִכָּרֵיכֶם; *fossor, agricola*, Jes. 61, 5. Jer. 51, 23. Amos 5, 16: 2 Par. 26, 10. Joël 1, 11.

אַכְשָׁף n. pr. oppidi in tribu Aser. Jos. 12, 20. 19, 25.

אַל pr. 1) *nihilum, res nihili* Job 24, 25, sed in adverb. negandi abit, — 2) *ne* absolutè positum pro *ne ità fiat* Ruth 1, 13: אַל בְּנֹתַי *ne* ita faciatis, *ô filiæ meæ!* Gen. 19, 18: 2 Reg. 3, 13. Aliquoties simpliciter negandi vim habet, nonnisi in propositionibus, quas vocant, subjectivis. Itaque jungitur soli futuro et ita differt à neg. לֹא. 2 Reg. 6, 27: אַל־יוֹשִׁיעֵךְ יְהוָה מֵאַיִן אוֹשִׁיעֵךְ quum *Deus te non juvet, quomodo ego te juvem?* (לֹא יוֹשִׁיעֵךְ vertendum esset: Deus *te non juvabit*. Optimè LXX. μή σε σώσαι Κύριος, vereor ut Dominus salvet te). Gen. 21, 16. Ps. 34, 6. 41, 3. 50, 3. Prov. 3, 25. Job 5, 22. Nonnunquam verbum omissum est Amos 5, 22: דִּרְשׁוּ טוֹב וְאַל רַע *sectemini bonum, et non* (sectemini) *malum*. 2 Sam. 1, 21: אַל־טַל וְאַל מָטָר עֲלֵיכֶם *ne* (sit) *ros, neque pluvia super vos*. Prov. 12, 28, ubi reddendum: *via justitiæ* (dat) *vitam, et via recta* אַל מָוֶת *non* (dat) *mortem* s. calamitatem, via recta nunquam ducit ad mortem. Sed vergit plerumquè in — 2) conj. *prohibentis, dehortan-*

tis, *deprecantis*, optantis, *ne* quid fiat. Ubiqu- jungitur futuro, eique, ubi forma f.rt, apocopato, in primâ personâ paragogico Exod. 16, 29: אַל יֵצֵא אִישׁ *ne egrediatur quisquam*. 1 Sam. 26, 20, etc. Ps. 25, 2: אַל־אֵבוֹשָׁה *ne pudore suffundar*? scil. ita faxit Deus, utinam non suffundar. Est etiam imprecantis Genes. 49, 4: אַל־תּוֹתַר *aussi tu n'auras pas ces avantages*. In precibus additur נָא. Gen. 13, 8: אַל־נָא תְהִי *ne, quæso, sit*. 18, 3, 30, 32. (לֹא cum fut. est fortius prohibentis, פֶּן *ne fortè* mitius etiam dehortantis). — 4) interr. pro *num*, *annon*? 1 Sam. 27, 10. juxta quosdam, sed veteres interpretes videntur legisse אָן *quò*, quod commendat contextus et imprimis Davidis responsio. — Deriv. ab hâc stirpe אֵלִיל; sed verbum אָלַל, num unquàm in usu fuerit, incertum.

אַל Arab. articulus i. q. hebr. הַל, nonnullis etiam vocibus heb. præfixus, quæ vel arab. ogirinis sunt, vel certè, quanquam exoticæ, è linguâ arab. in hebræam transierunt, vid. אַלְמוּדָד, אַלְמֹגִים, אֶלְנַבִּישׁ, אַלְקוֹם. Cognatum est pron. pers. pl. אֵל, אֵלֶּה, q. v.

אֵל masc., suff. אֵלִי, tantùm; pro *Deus tuus*, *suus* dicitur אֱלֹהֶיךָ, אֱלֹהָיו, pl. אֱלֹהִים, et defect. אֱלֹם Ex. 15, 11. cosntr. אֵלֵי; — 1) *fortis*, *heros* Eze. 31, 11. et sic אֵלִים *fortes* Job 41, 17, ubi multi libri mss. et editi אֵילִים, habent. — Spec. 2) *Deus*, sive verus (Jehova) Gen. 14, 20, 22. Ex. 20, 5, etc., qui accuratius vocatur אֵל עֶלְיוֹן, אֵל אֱלֹהִים, אֵל חַי, אֵל שַׁדַּי; sive commentitius, falsum numen, et tunc usurpatur tùm undè, Jes. 44, 10, 15, tùm adjecto epitheto, אֵל אַחֵר, *deus alius*, אֵל זָר, אֵל נֵכָר *deus peregrinus*, *alienigena* ut passim. Notand. Genes. 31, 13: הָאֵל בֵּית־אֵל ellipt. dici pro *Deus ille* visus tibi in *Bethel*: obstat enim artic. הָ, quominus בֵּית ut genitiv. consideretur. — Adhibetur quoque אֵל ad superlativa efformanda, seu ad exprimenda quæcumquè in suo genere eximia, præstantia; hinc אַרְזֵי אֵל, Ps. 80, 11 *cedri Dei* i. e. altissimæ, (cf. גַּן יְהוָה Gen. 13, 10), עֲצֵי יְהוָה Ps. 104, 16, הָרְרֵי אֵל *montes Dei* Ps. 36, 7. — בְּנֵי אֵלִים Psalm. 29, 1, vertunt LXX, Vulg. et Syr. *filios arietum*, Chald. autem *turmas*, *cœtus angelorum*; quem sensum maximè commendat Ps. 89, 7, ubi legitur: *Quis in nubibus Jovæ conferatur? Quis assimiletur Jovæ* בִּבְנֵי אֵלִים *inter filios deorum*, i. e. ex idiomate syntaxeos hebr. et syr. poët. inter filios Dei, quod ibidem habent LXX, Vulg., nempè angelos, ut reddunt Chald. et Syr. — * 3) *robur potestas*, juxta plerosque, in phrasi אֵין לְאֵל יָד, יֵשׁ לְאֵל יָד, sed parùm congruenter, ni fallor. Fatendum, est non satis sibi constare veteres versiones; indè fidus interpres hæret dubius. Verumtamen, attentè perspecto unoquoque loco, ubi occurrit phrasis hæcce, conjectare licet, ipsius vim primariam eamdem prorsus esse ac formulæ חָרִים יָד לְאֵל *extollere manum ad Deum*, quod intelligi potest tùm de iis qui juramento se ob-

stringunt, tùm de his qui divinum auxilium implorant. Igitur Gen. 31, 29: יֶשׁ לְאֵל יָדִי לַעֲשׂוֹת עִמָּכֶם רָע ad verbum: *Est ad Deum manus mea, si faciam vobis malum*, i. e. manum tollendo ad cœlum, juro me non malè vos esse habiturum; ubi monitum volo, לעשות esse pro אִם, quæ in juramentis fit particula negandi (cf. quæ diximus in *Le Pentateuque avec une Traduction française et des Notes, etc.* Genèse, XXXI, 29. pag. 206, 207). Sic Prov. 3, 27: *Ne cohibeas beneficium ab eo cui debetur*, בְּהִיוֹת לְאֵל יָדְךָ לַעֲשׂוֹת *etiamsi juraverit te non* ipsi benè *facturum*. Sic etiam Mich. 2, 1: *Væ cogitantibus scelus, malumque in cubilibus suis molientibus!* primâ enim *diei luce illud perpetrant*, כִּי יֶשׁ לְאֵל יָדָם *quippè manus suas Deo extulerunt*, i. e. jurârunt se illud perpetraturos esse. Neque à primario *extollendi manum ad Deum* significatu deflectunt cætera exempla. Ità enim Nehem. 5, 5: וְאֵין לְאֵל יָדֵנוּ *neque ad Deum est manus nostra*, i. e. non valemus, elevatis ad cœlum manibus, divinam opem implorare; hunc *attolendi ad Deum manus* sensum reddidêre etiam Syr. et Arab. Haud aliter intelligend. Deut. 28, 32, invitâ tamen veterum versionum auctoritate. * — Rad. אול, juxta plurimos, sed aliis אֵל videtur primitiv. et ab eo tanquam stirpe plures alias voces derivari, velut אָלָה *Deum invocavit* maximè *in jurando*, אָלַה *Deum coluit*, et אֱלוֹהַּ *Deus;* quod omninò improbab. non videtur.

אֵל pron. pl. utriusque generis, i. q. אֵלֶּה *hi, hæ, hæc*, tantummodò in Pentateucho et 1 Par. 20, 8 legitur. Cognat. artic. הַל.

אֵל, nonnisi constr. אֶל (ferme ubique sq. Makkeph), rarius et poet. in Pl. constr. אֵלֵי Job 3, 22. 5, 26. 15, 22. 29, 19; eum suff. אֵלַי, אֵלֶיךָ, אֵלֶיהָ et אֵלֶיהָ, אֵלֵיכֶם, אֵלֵינוּ, אֵלָיו, semel אֵלֵיהֶם Eze. 31, 14 poet. אֵלֵימוֹ Ps. 2. 5; pr. ut videtur, *motio, directio* ad aliquem locum, et hinc, ad aliquid *conversio, directio* tùm corporis, tùm animi, sed ex usu in proposition. abiit, quæ latinè reddi potest 1) *ad, versus*, vel per dativ.; sicque jungitur cum verbis eundi, ponendi, jaciendi, dandi, intuendi, alloquendi, jubendi, expectandi et similibus, Gen. 8, 9. Ex. 14, 20. Jos. 5, 14, etc. Nonnunquam constructio est prægnans, ut זָנָה אֶל *scortatus est* (accedendo) *ad* Num. 25, 1. Eze. 16, 29. דָּרַשׁ אֶל *oraculum petiit* (se convertendo) *ad* aliquem Jes. 8, 19. Prægnans etiam constr. Jos. 11, 19. Jer. 33, 4, haud secus ac (saltem pro ut mihi videtur) Gen. 6, 6. 24, 11. Deut. 16, 6, et cætera exempla in quibus hæc partic. à suo primario significatu *ad* deflectere videtur. — 2) *adversus, contra* Gen. 4, 8. Jos. 10, 6. Jud. 12, 3. 20, 30. Hos. 12, 5. Imprimis huc pertinet locutio הִנְנִי אֵלֶיכֶם *ecce me contra vos* (Targ. *ecce mitto iram meam contra vos*) Eze. 13, 8. 21, 8. 34, 10. Jer. 50, 31. 51, 25. Nah. 2, 14, quâ rarò etiam in bonam partem utuntur Eze. 36, 9. — Atque sic

in bonam partem pro *erga* 2 Sam. 3, 8 : 1 Reg. 14, 13 : 2 Par. 16, 9, etc. — 3) *usque ad*, i. q. עַד. Jer. 51, 9. Job 40, 23. Metaph. Hos. 9, 1 : *ne lætèris, Israël,* אֶל גִּיל *usque ad exultationem.* Job 3, 22. Eodem pertinet etiam usus ejus ad indicandam mensuram, ut אֶל־אַמָּה Gen. 6, 16 *usque ad ulnæ longitudinem.* Compos. אֶל־מִן *adeò ex*, Job 5, 5 : וְאֶל־מִצְנִים יִקָּחֶנּוּ *et adeo ex spinis* (i. e. hortis sepe spinosâ septis) *rapiet eum.* — 4) *in* cum accus. græc. εἰς, germ. hinein, angl. *into*, Gen. 6, 18. 7, 1 : 2 Sam. 5, 8. Jon. 1, 5, etc. — 5) *inter* 1 Sam. 10, 22. Jer. 4, 3. — 6) *præter*, *una cum*, partic. addentis, adjicientis (cf. no. 1, et הוֹסִיף אֶל 1 Reg. 10, 7) Lev. 18, 18 : *uxorem præter sororem ejus* (אֶל־אֲחוֹתָהּ) *ne ducito.* Thren. 3, 41 : נִשָּׂא לְבָבֵנוּ אֶל־כַּפַּיִם אֶל־אֵל *tollamus cor nostrum cum manibus ad Deum*, (LXX ἐπὶ χειρῶν.) Post verbum conjungendi Dan. 11, 23. Crebrius hoc sensu utuntur עַל. — 7) Metaphoricè est respicientis ad aliquid, spectantis aliquid, rationem habentis alicujus rei, inde *propter*, sic Eze. 44, 7 : אֶל־כָּל־תּוֹעֲבוֹתֵיכֶם *propter omnes abominationes vestras.* (Cf. vers. 6, ubi eodem contextu legitur מִן, et vers. 11, ubi בְּ). 2 Sam. 21, 1. 1 Reg. 14, 5. 21, 22. Sic בָּכָה אֶל *flere propter* aliq. 2 Sam. 1, 24, הִנָּחֵם אֶל, שָׂחַק אֶל Jud. 21, 6. it. *de*, post verba dicendi, narrendi, ut אָמַר Gen. 20, 2. דִּבֶּר Jer. 40, 16, סִפֵּר Ps. 69, 27 (quandoquidem oratio spectat *ad* aliquid), et audiendi Eze. 19, 4, שְׁמוּעָה אֶל *fama de* aliquâre 1 Sam. 4, 19. (Cf. in N. T. εἰς Act. 2, 25. Ephes. 5, 32). Vide etiam 1 Sam. 1, 27 : אֶל־הַנַּעַר הַזֶּה הִתְפַּלָּלְתִּי : *de hoc puero precatus sum*, ubi אֶל finem scopumque orationis indicat. — 8) Metaph. est itidem ad normam exigentis *secundùm* אֶל פִּי *secundum mandatum* Jos. 15, 13. 17, 4, אֶל־נָכוֹן *tanquam certum*, 1 Sam. 26, 4. Atque sic post verba similitudinis, ut דָּמָה, נִמְשָׁל, q. v. — 9) Præpositionibus, quietem in loco indicantibus, præmissum his significatum motûs s. conversionis in locum tribuit, ut מִחוּץ לְ *extra*, cum abl. אֶל מִחוּץ לְ *extra* cum acc. Lev. 4, 12, cf. *foris* et *foras ;* בֵּין *intra*, אֶל בֵּין *inter* Eze. 10, 2. 31, 10. Cf. אֶל מִנֶּגֶב לְ, אֶל־מִבֵּית, אֶל אַחֲרֵי Jos. 15, 3, אֶל נֹכַח, אֶל־תַּחַת. — 10) *ad* pro *apud* 1 Reg. 13, 20. Jer. 41, 12, etc. — Rad. אלה.

אֶלָא n. pr. viri 1 Reg. 4, 18.

אֶלְגָּבִישׁ m. *grando* Ezc. 13, 11, 13. 38, 22, i. q. גָּבִישׁ glacies, κρύσταλλος, unde אַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ *lapides glaciei* i. e. grando. Vocab. fortasse magis arab., quàm hebr. crat.

אֲלַגּוּמִּים v. אַלְמֻגִּים.

אֶלְדָּד n. pr. viri Num. 11, 26, 27.

אֶלְדָּעָה n. pr. viri Gen. 25, 4.

אֱלָהּ inus. denomin. esse possit ab אֵל *fortis, Deus*, ubi vid. in fine. — Deriv. אֱלוֹהַּ.

אָלָה, 2 pers. f. אָלִית, inf. absol. אָלֹה ; denom. esse possit ab אָלָה et sic — 1) pr. *per Deum affirmavit*, hinc *juravit* 1 Reg. 8, 31 — 2) *exsecra-*

tus est Jud. 17, 2. Hos. 4, 2. —3) *ejulavit*, ex signif. Chald. et Syr. Sic imper. אֱלִי *ejula* Joel 1, 8.

Hiph. inf. הַאֲלוֹת, undè cum suff. הַאֲלֹתוֹ, fut. apoc. וַיּאַל à יאלה pro יַאֲלָה, formâ petitâ à יָאַל; *jurare fecit aliquem, jurejurando adstrinxit* eum, eum acc. 1 Sam. 14,24: 1 Reg. 8,13: 2 Par. 6, 22. — Deriv. אָלָה, אַלְיָה et תַּאֲלָה.

אָלָה f., suff. אָלָתוֹ, plur. אָלוֹת; 1) *jusjurandum, juramentum.* בּוֹא בָּאָלָה *inire jusjurandum* i. e. jurejurando se obstringere Neh. 10,30, hinc הֵבִיא בְּאָלָה *obstringere* aliquem *juramento* Eze. 17, 13. Cf. Virg. Æn. 4, 339: *Hæc in fœdera veni.* אָלָתִי *jusjurandum mihi præstitum* Gen. 24, 41. —2) *fœdus juramentis confirmatum* Gen. 26, 28. Deut. 29, 11, 14. Eze. 16, 59. — 3) *imprecatio, exsecratio.* Num. 5, 21, 23. Jer. 44, 12. Jes. 24, 6, etc.

אָלָה f. *quercus* Jos. 24, 26, i. q. אַלּוֹן. — Rad. אלל.

אָלָה f. i. q. אַיִל no. 2 q. vid.; *arbor robusta*, spec. *terebinthus*, arbor in Palæstinâ frequens, longæva et propterea locis designandis adhibita Gen. 35, 4. Jud. 6, 11, 19. Verss. vett. modò *terebinthum* modò *quercum* reddunt. — Rad. אול.

אֵלֶּה pron. pl. utriusque generis *hi, hæ, hæc*, ut אֵל, q. vid. Refertur tàm ad antecedentia Gen. 9, 19. 10, 20, 29; 31, quàm ad consequentia Gen. 2, 4. 6, 9. 11, 10. Postponitur plerumque nomini, ut Gen. 15, 1; ubi præponitur, vel est ellipsis verbi subst. vel usurpatur δειχτικῶς Ps. 73, 12. Cf. זֶה. Bis terve repetitum: *hi, illi, illi* Jos. 8, 22. Jes. 49, 12, etc.

אֱלֹהִים, אֱלֹהַּ v. אֱלוֹהַּ.

אִלּוּ (ex אִם et לוּ) *si, etsi* Eccl. 6, 6. Esth. 7, 4.

אֱלוֹהַּ m., cum præf. לֵאלֹהַּ et suff. לֵאלֹהוֹ, plur. אֱלֹהִים, constr. אֱלֹהֵי, suff. אֱלֹהֵיכֶם; cum præfix. בֵּאלֹהִים, לֵאלֹהִים, *Deus;* singul. אֱלֹהַּ exstat quinquagesies et septies; plerumque in libris poet. in Cant. Deut. 32, bis, in prophetis aliquoties, in Job quadragies, in reliq. libris sedecies, pluralis autem אֱלֹהִים bis mille et quingenties circiter vicibus occurrit. Jam verò usurpatur sing. — 1) de *deo quocumque* Dan. 11, 37, 39: 2 Par. 32, 15. Neh. 9, 17. Dictio proverb. est Hab. 1, 11 de homine protervo: זוּ כֹחוֹ לֵאלֹהוֹ *cui robur suum pro numine est* i. e. qui propriis viribus confidit. Cf. Job. 12, 6: אֲשֶׁר הֵבִיא אֱלוֹהַּ בְּיָדוֹ *qui deum in manu gerit.* Arma intelliguntur. Cf. Virg. Æn. 6, 773: *Dextra mihi Deus, et telum..... Nunc adsint.* — 2) plerumque de *vero Deo* pro הָאֱלוֹהַּ Deut. 32, 15. Ps. 50, 22, et in libro Job quadragies. Constr. cum adj. sing. Deut. 32, 15 et pl. Job 35, 10.— Plur. אֱלֹהִים usurpatur. 1) de *Diis* s. *numinibus falsis* Gen. 35, 2, 4. Ex. 12,12. Deut. 29, 18. 32, 17. —2) de *uno Deo*, constr. tùm cum sing. Gen. 1, 1, 3, etc. 2 Reg. 19, 4. Ps. 7, 10, etc. tùm cum plur. Gen. 20, 13. 35, 7, etc. — 2) de *numine quocunque.*

Deut. 32, 39. Ps. 14, 1, etc. —3) de *idolo*, Ex. 32, 1 : 1 Sam. 5, 7, etc. — 4) *Deus alicujus* est deus, quem aliquis colit, quem deum domesticum, tutelarem habet. Gen. 17, 7, 8. 28, 21. Jon. 1., 5. Ruth 1, 16. — *Israëlitarum* igitur *deus* est Jehova, sexcenties propterea dictus אֱלֹהֵי יַעֲקֹב, אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל et junctim יְהוָה אֱלֹהֶיךָ, יְהוָה אֱלֹהַי — 5) Rarius genitivus continet id, cui deus præest, vel id, quod creavit, ut אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ Gen. 24, 3, אֱלֹהֵי הַצְּבָאוֹת Am. 3, 13; vel dei attributa, ut : אֱלֹהֵי אֱמֶת *deus verax* Jes. 65, 16. — 6) de *specie divinâ* 1 Sam. 28, 13, ubi incantatrix ad Saulum : *speciem divinam video è terrâ surgentem.* — 7) de *angelis* juxta plærusque Ps. 8, 6. 82, 1. 97, 7. 138, 1.—8) de *judicibus* Ex. 21, 6. 22, 7, 8. quarum tamen sententiam refutare conatus est W. Gesenius in Thesaur. pag. 95. — Quoad אֱלֹהִים Ps. 45, 7, de *Deo* et quidem *Messiâ* dicitur (Cf. Hebr. 1, 8), et sic vertendum : *solium tuum, ô Deus,* (solium est) *sœculi et æternitatis*, i. e. in sempiternum stabit ; non autem, ut vult W. Gesenius : *solium tuum* erit *solium divinum* i. e. à Deo munitum et fortunatum. — 9) cum art. הָאֱלֹהִים est *DEUS*, Deus unus et verus, Deut. 4, 35 : כִּי יְהוָה הוּא הָאֱלֹהִים *nam Jehova est* (verus) *Deus.* 1 Reg. 18, 21 : *Si Jehova est Deus, hunc sequimini, si Baal est* (Deus), *sequimini illum.* Vers. 37. Deut. 7, 9. Undè הָאֱלֹהִים sæpissimè de *Jehova* quamquam sexenties idem valet אֱלֹהִים sine articulo. — *Dei* esse dicebant Hebræi quidquid ipsis utpotè præstantissimum in suo genere specialiter à Deo profectum, missum creatumve videbatur, vel divinam augustamque speciem præ se ferebat (τὸ θεῖον), Gen. 30, 8. 23, 6 : 1 Sam. 14, 15. Ps. 68, 16, etc. similis forsan est ratio formulæ לֵאלֹהִים adjectivis additæ. Jon. 3, 3 : עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים propr. *urbs divinitus magna.* Act. 7, 20 : ἀστεῖος τῷ θεῷ.

אֱוִיל m. 1) i. q. אֱוִיל *vanus* Jer. 14, 14 in Chethib. — 2) mensis Hebræorum sextus, à novilunio Septembris ad Octobris novilunium. Neh. 6, 15. Etymol. latet.

אַלּוֹן m. 1) i. q. אֵלָה Gen. 35, 8. Eze. 27, 6. — 2) n. pr. viri 1 Par. 4, 37.—Rad. אלל.

אֵלוֹן m., pl. אֵלוֹנִים undè constr. אֵלוֹנֵי ; 1) *arbor robusta* spec. *terebinthus*, vel *quercus*, ut uno ore vett. intpp. Gen. 12, 6. 13, 18. 14, 13. 18, 1. Deut. 11, 30, etc. Nonnunquam arbores istæ propriis nominibus insigniebantur. — 2) n. pr. viri Gen. 46, 14, qui 36, 2. אֵילוֹן legitur.—Rad. אול.

אַלּוּף et אֶלֶף, m. plur. אַלּוּפִים et אַלְפִּים, constr. אַלּוּפֵי, suff. אַלּוּפֵנוּ, אַלּוּפֵיהֶם ; denom. forsan à אֶלֶף *familia*, undè pr. *tribus* plurib. constans familiis, Gen. 36, 15, 30, in quo tamen ultimo ver. לְאַלְפֵיהֶם est *cum ducibus tribûs suæ.*—2) *dux tribus* spec. Idumæor. Gen. 36, 40. seqq. 1 Par. 1, 51, sqq. Judæor. Zach. 9, 7. 12, 5, 6. it. *dux* in genere Jer. 13, 21

— 3) *familiaris, socius, amicus* Prov. 16,28. 17, 9. Mich. 7, 5. אַלּוּף הַנְּעָרִים *amicus inventutis* dicitur *maritus* Jer. 3, 4 (cf. רֵעַ Jer. 3, 20). — 4) *mansuefactus, cicuratus* Jerem. 11, 19. — 5) *bos* i. q. אֶלֶף. Sexûs est *masc. epicœni*, ita ut sub mascul. etiam de bove feminâ usurpetur Ps. 144, 14. — Rad. אלף.

אָלוּשׁ n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. 33, 13.

אֶלְזָבָד n. pr. viror. 1 Par. 12, 12. 26, 7.

אָלַח rad. in Kal inusit.

Niph. נֶאֱלָח, part. נֶאֱלָח; metaph. *corruptus, perditis moribus* qs. vappa *fuit*. Ps. 14, 3. 53, 4. Job 15, 16.

אֶלְחָנָן n. pr. viri 2 Sam. 21, 19, et fortasse 2 Sam. 23, 24.

אֶלִיאָב n. pr. viror. Num. 1, 9. 2, 7. 16, 1, 12. 26, 8: 1 Sam. 16, 6. 17, 13, 28: 1 Par. 16, 4.

אֶלִיאֵל n. pr. viri 1 Par. 5, 24. 8, 20, 22. 11, 46, 47. 12, 11. 15, 9, 11: 2 Par. 31, 13.

אֶלִיאָתָה n. pr. viri 1 Par. 25, 4.

אֶלִידָד n. pr. viri Num. 34, 21.

אֶלְיָדָע n. pr. viror. 2 Sam. 5, 16: 1 Reg. 11, 23: 2 Par. 17, 17.

אַלְיָה f. *cauda* quarumdam ovium orientalium, quæ juxta testimonia veterum et recentiorum, adeó crassa et adiposa, ut ad minus decem, aut duodecim, aliquoties quadraginta libras pondere excedat. Ex 29, 22. Levit. 3, 9. 7, 3. 8, 25. 9, 19. — Rad. אָלָה.

אֵלִיָּה et אֵלִיָּהוּ *Elias*, n. pr. prophetæ 1 Reg. 17, 1, 13, etc. 2 Reg. 1, 3, 4. Malach. 3, 23. — 2) alior. viror. Esr. 10, 21, 26: 1 Par. 8, 27.

אֶלְיְהוּ n. pr. vir. 1 Par. 26, 7. 27, 18.

אֶלִיהוּא n. pr. 1) Jobi amici qui et אֱלִיהוּ dicitur, Job 32, 2, 4. 35, 1, etc. — 2) alior. viror. Job 32—35: 1 Sam. 1: 1 Par. 12, 20.

אֶלִיהוֹעֵינַי n. pr. viror. Esr. 8, 4: 1 Par. 26, 3.

אֶלְיוֹעֵינַי n. pr. viror. 1 Par. 3, 23. 4, 36. 7, 8. Esr. 10, 22, 27.

אֶלִיחָבָא n. pr. viri 2 Sam. 23, 32.

אֶלִיחֹרֵף n. pr. viri 1 Reg. 4, 3.

אֱלִיל, pl. אֱלִילִים, constr. אֱלִילֵי, suff. אֱלִילֵיהֶם; 1) *qui nihili est, inanis, vanus*. 1 Par. 16, 26. Ps. 96, 5. Plur. *vani* i. e. idola. Levit. 19, 4. 26, 1 (cf. הֶבֶל). — 2) *vanitas, debilitas* Job 13, 4: רֹפְאֵי אֱלִיל *medici inanes* i. e. consolatores inanes, cf. Zach. 11, 17. — Rad. אלל.

אֱלִימֶלֶךְ n. pr. viri Ruth 1, 2. 2, 1.

אֱלִיסָף n. pr. viror. Num. 1, 14. 2, 14. 3, 24.

אֱלִיעֶזֶר n. pr. viror. Gen. 15, 2, 3. Ex. 18, 4: 1 Par. 7, 8. 15, 24. 27, 16: 2 Par. 20, 37. Esr. 8, 16. 10, 18, 23, 31.

אֶלְיַעֲנַי n. pr. viri 1 Par. 8, 20.

אֶלְיָעָם n. pr. viri 2 Sam. 11, 3, pro quo 1 Par. 3, 5 עַמִּיאֵל legitur. it. alterius 2 Sam. 23, 34.

אֱלִיפַז n. pr. viror. Gen. 36, 4 sq. Job 2, 11. 4, 1. 15, 1 etc.

אֱלִיפָל n. pr. viri 1 Par. 11, 35.

אֱלִיפֶלֶהוּ n. pr. viri 1 Par. 15, 18, 21.

אֱלִיפֶלֶט n. pr. viri 1 Par. 3, 6. 14, 7, pro quo 14, 5 אֶלְפֶלֶט. it alior.

2 Sam. 23, 34 : 1 Par. 8, 39. Esr. 8, 13. 10, 33.

אֱלִיצוּר n. pr. viri Nnm. 1, 5. 2, 10. 7, 30, 35. 10, 18.

אֱלִיצָפָן n. pr. viri Num. 3, 30, pro quo אֱלִצָפָן Ex. 6, 22. Lev. 10, 4. it. alterius Num. 34, 25.

אֱלִיקָא n. pr. viri 2 Sam. 23, 25.

אֱלְיָקִים n. pr. viror. 2 Reg. 18, 18. 19, 2. 23, 34. 24, 1. Jes. 22, 20. 36, 3. Jer. 1, 3. Neh. 12, 41 : 1 Chron. 3, 15.

אֱלִישֶׁבַע n. pr. mul. Ex. 6, 23. LXX. Ἐλισαβέτ, ut Luc. 1, 7.

אֱלִישָׁה n. pr. regionis : Gen. 10, 4. Eze. 27, 7, juxta Bochart, *Peloponnesus* est, in quo *Elis* vetustissima et amplissima regio cujus una pars ab Homero vocatur *Alisium*, juxta allios *Hellas* est. Vid. Michaëlis spicil. Geogr. Hebr. T. I, p. 78.

אֱלִישׁוּעַ n. pr. viri 2 Sam. 5, 15. 1 Par. 14, 5.

אֱלְיָשִׁיב n. pr. viror. 1 Par. 3, 24. 24, 12. Esr. 10, 6. 24, 27, 36. Neh. 3, 1, 20. 12, 10.

אֱלִישָׁמָע n. pr. viror. Num. 1, 10. 2, 18 : 2 Sam. 5, 16 : 2 Reg. 25, 25. Jer. 41, 1 : 1 Par. 2, 41 : 2 Par. 17, 8.

אֱלִישָׁע n. pr. prophetæ, 2 Reg. 1–13. In N. T. Ἐλισσαῖος Luc. 4, 27.

אֱלִישָׁפָט n. pr. viri 2 Par. 23, 1.

אֱלִיאָתָה v. אֱלִיתָה.

אלל vicin. יָלַל; hinc Deriv. אֲלַלַי. Ab eodem stemmate defluunt אַלָּה, אַלּוֹן, אֵלִיל quamquam haud satis patenti signific. cognatione.

אֲלַלַי *væ, hei*, gr. ἐλελεῦ, sequ. לִי, Job. 10, 15. Mich. 7, 1.

אָלַם in Kal. inusit. pr. 1) *ligavit.* —2) passiv. *ligatus fuit* sc. linguâ i. e. *obmutuit, tacuit.* — 3) *solitarius, relictus, viduus fuit.*

Niph. נֶאֱלַם, fut. יֵאָלֵם, plur. f. תֵּאָלַמְנָה; 1) *obmutuit, mutus fuit* Jes. 53, 7. Ps. 31, 19. 39, 3, 10. — 2) *siluit* Eze. 33, 22.

Pih. אִלֵּם; part. pl. מְאַלְּמִים *colligantes* Gen. 37, 7. Deriv. facilè inter sequent. dignoscentur.

אֵלָם vid. אַיִלָם.

אֵלֶם m. *silentium.* Ps. 58, 2 : *num revera silentium justitiæ proloquimini?* i. e. num revera justitia, quæ tamdiu siluit et obmutuisse videtur, utimini in decretis vestris? Ps. 56, 1 : יוֹנַת אֵלֶם רְחֹקִים *columba silentii inter peregrinos* (i. e. fort. populus Israëlitarum exsul, cf. תּוֹר Ps. 74, 19), inscriptio carminis, ad cujus modos Ps. 56. cantandus erat.

אִלֵּם m. pl. אִלְּמִים, adj. *mutus* Ex. 4, 11. Jes. 35, 6. 50, 10. Ps. 38, 14.

אָלָם Job. 17, 10 in nonnul. editt. malè pro אוּלָם q. v. *sed, verò.*

אַלְמֻגִּים m. pl. 1 Reg. 10, 11, 12 et litt. transp. אַלְגּוּמִּים 2 Par. 2, 7. 9, 10, 11 *ligni prctiosi genus*, quod Salomon ex Ophir advexit Vulgat. *Thyana ligna.* Plerique Rabbini, *coralia* intelligunt, sed hæc non sunt ligna (עֵצִים), ut jam observavit Celsius in Hierob.; et aliundè non ex Indis, sed ad Indos deportabantur.

Juxta eum est potius *Sandalus*, in Persiâ et Indiâ orientali frequens.

אַלְמוֹדָד n. pr. filii Joctanis Gen. 10, 26 : 1 Par. 1, 20.

אַלְמָה f. suff. אַלְמָתִי, pl. אַלְמִים et f. cum suff. אַלְמוֹתָיו; *manipulus* frugum, *merges*. Gen. 37, 7. Ps. 126, 6.

אַלְמֶלֶךְ n. pr. oppidi in tribu Aser Jos. 19, 26.

אַלְמָן m. adj. *viduus*, *derelictus* Jer. 51, 5.

אַלְמָן m. *viduitas*, trop. de civitate rege suo orbatâ Jes. 47, 9.

אַלְמָנָה fem. plur. אַלְמָנוֹת, suff. אַלְמְנוֹתֶיהָ; 1) *vidua* Gen. 38, 11. Ex. 22, 21 etc. Metaph. de civitate rege orbatâ Jes. 47, 8. (Cf. vers. 9 et 54, 4). — 2) Jes. 13, 22 *palatia* i. q. אַרְמְנוֹת, quod ipsum in nonnul. codd. legitur, litt. ר emollit. in ל, ut sæpissimè. Cf. אַרְמוֹן.

אַלְמָנוֹת pl. אַלְמְנוֹתַיִם f. *viduitas* Gen. 38, 14. Metaph. de Israëlis in exilio conditione Jes. 54, 4.

אַלְמֹנִי m. *quidam*, ὁ δεῖνα, pr. *qui reticetur*, cujus nomen dissimulatur. Ubique præmittitur פְּלֹנִי q. v.

אֶלְנָעַם n. pr. viri 1 Par. 11, 46.

אֶלְנָתָן n. pr. viror. 2 Reg. 24, 8. Jer. 26, 22. 36, 12, 25. Esr. 8, 16.

אֶלְסָר n. pr. regionis vel regni fortasse *Assyriæ* Gen. 14, 1, 9.

אֶלְעָד n. pr. viri 1 Par. 7, 21.

אֶלְעָדָה n. pr. viri 1 Par. 7, 20.

אֶלְעוּזַי, et אֶלְעָזַי n. pr. viri 1 Par. 12, 5.

אֶלְעָזָר n. pr. viror. quod sæpissimè occurrit.

אֶלְעָלֵה et אֶלְעָלָא n. pr. oppidi in tribu Ruben, Num. 32, 3, 37. Jes. 15, 14. 16, 9.

אֶלְעָשָׂה n. pr. viror. Jer. 29, 3 : 2 Par. 2, 39. 8, 37. 9, 43.

אָלַף vel אָלֵף, fut. יֶאֱלַף; 1) *assuevit*, *assuetus fuit*, undè *familiaris*, *socius*.—2) *mansuefactus fuit*, de brutis. — 3) *didicit*, cf. לָמַד. Prov. 22, 25. — 4) *copulavit*, *sociavit*.

Pih. אִלֵּף, fut. יְאַלֵּף, part. cum suff. מְאַלְּפֵנוּ ex Syrismo pro מְלַמְּדֵנוּ; *docuit*, cum duob. acc. altero pers. altero rei. Job 15, 5. 33, 33. cum uno qui ad pers. refertur Job 35, 11.

Hiph. (denom. ab אֶלֶף *mille*) *millia fecit*, vel *protulit*, *produxit*; part. pl. f. מַאֲלִיפוֹת, Ps. 144, 13.—Deriv. אַלּוּף et

אֶלֶף c. dual. אַלְפַּיִם, pl. אֲלָפִים, constr. אַלְפֵי, suff. אַלְפָּיו; 1) *bos* Deut. 7, 13. 28, 4. Ps. 8, 8. Prov. 14, 4. — 2) *familia* quarum plures unam tribum constituebant Jud. 6, 15 : 1 Sam. 10, 19. 23, 23. De oppido ut familiæ sede Mich. 5, 1. — 3) *mille* Gen. 20, 16. 18, 21. Num. 7, 85. Jud. 20, 45, etc.—4) n. pr. oppidi in tribu Benjamin Jos. 18, 28.

אַלּוּף vid. אַלּוּף.

אֶלְפָּלֵט vid. אֶלְפָּלֵט.

אֶלְפַּעַל n. pr. viri 1 Par. 8, 11, 12, 18.

אָלַץ in Kal inus. ut אוץ et לָחַץ.

Pi. אִלֵּץ fut. cum suffix. תְּאַלְּצֵהוּ; *ursit*, *institit* alicui, *vim fecit* Jud. 16, 16.

אֶלְצָפָן vid. אֶלְיָצָפָן.

אַלְקוֹם forsan ut in arab. *populus* quasi אַל sit articul. arab. Sic Pocock. ad *Specim. hist. Arab.*, et Castel in *Lexic.* Unde Prov. 31: וּמֶלֶךְ אַלְקוֹם עָמוֹ *rex quocum populus* i. e. populo suo stipatus, LXX. δημηγορῶν ἐν ἔθνει. Hebr. interpr. אַלְקוֹם compos. videtur ex אַל *non* et קוּם *surgere* (cf. אַל־מָוֶת Prov. 12, 28), hâc sententiâ: *rex, contra quem surgi* i. e. *qui resisti nequit*, sed parum aptè ad contextum.

אֶלְקָנָה n. pr. viror. 1 Sam. 1, 1. sq. 2, 11, 20. Ex. 6, 24: 1 Par. 6, 8, 10, 11, 20, 21. 12, 6: 2 Par. 28, 7.

אֶלְקֹשִׁי nom. gent. Nah. 1, 1.

אֶלְתּוֹלַד vid. תּוֹלַד.

אֶלְתֶּקֵה et אֶלְתְּקֹא n. pr. urbis leviticæ in tribu Dan Jos. 19, 44. 21, 23.

אֶלְתְּקֹן n. pr. oppidi tribûs Judæ Jos. 15, 59.

אֵם f. suff. אִמִּי, pl. אִמּוֹת suff. אִמּוֹתָם; nom forsan primitiv., etsi forma gramm. ad verbum אמם illud referat; *mater*. Jud. 14, 16. Ps. 27, 10. Esth. 2, 7. — בֶּן אִמִּי *frater meus uterinus* Gen. 43, 29. Poët. בְּנֵי אִמִּי *fratres mei* universè Gen. 27, 29. Cant. 1, 6. De *novercâ* Gen. 37, 10. quæ accuratiùs אֵשֶׁת אָב. Sed matris nomen latiùs patet et dicitur etiam 1) de *aviâ* 1 Reg. 15, 10, et universim de *parente procreatrice* Gen. 3, 20. — 2) metaph. de *eâ, quæ beneficiis de aliis meretur* Jud. 5, 7. — 3) de eo quod tam arctè conjunctum est, ut naturali quasi vinculo adhæreat; sic de vermibus, quibus corpus arroditur, Job 17, 14 (cf. אָב no. 7). — 4) de *gente*, oppos. liberis i. e. hominibus ex eâ oriundis. Jes. 50, 1. Jer. 50, 12. Eze. 19, 2. Hos. 2, 4. 4, 5. — 5) cum דֶּרֶךְ, *mater viæ* est *bivium*, pr. caput viarum (alibi רֹאשׁ דֶּרֶךְ) Eze. 21, 26. — 6) i. q. אֵמָּה *metropolis, urbs insignis et primaria*, quamquam non capitalis 2 Sam. 20, 19. — 7) Metaph. de *terrâ* omnium hominum matre Job 1, 20.

אִם partic. demonstr., interrog. et condition., ut הֵן; hinc 1) *en, ecce!* Hos. 12, 12. Job 17, 13, 16. Prov. 3, 34. — 2) in interrog. rectâ *num? an?* 1 Reg. 1, 27. Jes. 29, 16. Longè creberrimè in interrog. disjunctivâ, ubi præcessit הַ; *utrum — an?* Jos. 5, 13: 1 Reg. 22, 15. Job 21, 6. 34, 17. 40, 8, 9. Etiam in quæst. gemin., quamquam non disjunctivâ, ut Gen. 37, 8. 17, 17. (Ubi duæ quæstiones se excipiunt inter se minus cohærentes, repetitur הַ 1 Sam. 23, 11). — 3) in interrogat. obliquâ: *an, num*, Germ. ob, angl. *if*. Post verba interrog. Cant. 7, 13, explorandi, dubitandi 2 Reg. 1, 2; in quæst. gem. et disjunct. הַ־אִם Gen. 27, 21. Num. 13, 20. Formula מִי יוֹדֵעַ אִם Esth. 4, 14 *nescio an, haud scio an, fortassè*. — 4) *si*, ei, Germ. wenn, seq. præter. ubi non dubitatur aliquid factum esse vel fieri, sic Esth. 5, 8: אִם מָצָאתִי חֵן *si inveni gratiam* Gen. 43, 9. 18, 3. Num. 22, 20; et fut. in re dubiâ Jud. 4, 8: אִם תֵּלְכִי עִמִּי *si mecum ibis* (quod nescio an futurum sit). Genes. 13, 16. 28, 20. Job 8, 4 sq. 11, 10, rarius participio Jud. 9, 15. 11, 9, infin. (pro verbo fin.) Job 9, 27. Ponitur

etiam sine verbo 8, 6. 9, 19. — Quandò geminatur, est *sive, sive* Ex. 19, 13. Lev. 3, 1. Eze. 2, 5, etc. et præcedente negat. *neque, neque* 2 Reg. 3, 14. — 5) *etsi, quamquam*, gr. ἐὰν καί, κἄν, seq. præter. ubi exprimendum *quanquam sum* Job 9, 15, plerumque fut., ubi exprimendum : *etsi essem* Jes. 1, 18. 10, 22. Ps. 139, 8. Job 20, 6 (cf. tamen 9, 20). It. seq. nomine verbali Nah. 1, 11. — 6) *o si, utinam!* εἰ γάρ. Sq. fut. Ps. 68, 14. 81, 9. 95, 7. 139, 19. Anacoluthon est Gen. 23, 13 : אִם אַתָּה לוּ שְׁמָעֵנִי *utinam tu!* — *utinam audias me.* — 7) *quum, quando* (cf. Germ. wenn, wann, et angl. *when*). Seq. præt., sæpe etiam plusquamperf. et fut. exacto reddendum Jes. 24, 13 : אִם כָּלָה *quando finita est* Am. 7, 2 : וְהָיָה אִם כִּלָּה לֶאֱכֹל *et cum absumsisset.* Jes. 4, 4 : אִם רָחַץ *quando abluerit.* Gen. 38, 9. Ps. 63, 7. Job 8, 4. 17, 13. Ita in comp., ut עַד אִם *usquè dùm* Gen. 24, 19, עַד אֲשֶׁר אִם 28, 15. Num. 32, 17. Jes. 6, 11. — 8) rarò *quum* causale, *quandoquidem* Gen. 47, 18. Jes. 53, 10. — In jurisjurandi formulis אִם absol. positum, fit partic. negans, 2 Sam. 11, 11 : 1 Reg. 1, 51. Ps. 89, 36, etc., sed addito לֹא, fit affirmans Num. 14, 28. Jes. 5, 9. Jer. 15, 11, etc. Propriè quidem est partic. merè conditionalis, quippè per euphismum omittitur sententiæ pars, quæ mali imprecationem continet. Plena verò formula exstat : *sic faciat mihi Deus et addat*, אִם *si*, pro ut legitur 1 Sam. 3, 17, etc. Vid. etiam Num. 32, 23. Deut. 11, 28. Ps. 137, 6, etc. — In obtestationibus haud secus ac in juram. Cant. 2, 7. 3, 5. Neh. 13, 25, rarò alibi maximè poet. Jud. 5, 8. Jes. 22, 14. 62, 8. Prov. 27, 24. — Compos. cum aliis partic. הַאִם *nonne? ecce?* Num. 17, 28. Job 6, 13. — אִם־לֹא *nonne?* (ubi præcessit הֲלֹא Jes. 10, 9. it. *si non, nisi* Ps. 7, 13. Gen. 24, 8. Indè post form. jurandi fortiter affirmat et asseverat Numer. 14, 28. Jes. 14, 9, etiam in obtestationibus Job 1, 11. 2, 5. 17, 2. 22, 20. 30, 25. Jes. 5, 9. Ponitur pro *sed*, sondern, (cf. εἰ μή, *nisi*, Chald. אֶלָּא ex אִם־לָא) Genes. 24, 37, 38.

אִמָּה f. suff. אֲמָתִי, pl. (servato ה) אֲמָהוֹת, construct. אַמְהוֹת, suffix. אַמְהֹתֵיהֶם ; vocabul. forsan primitiv. *ancilla, serva.* אֲמָתְךָ *serva tua* pro *ego*, Jud. 19, 9 : 1 Sam. 1, 11, 16. 25, 24 sq. 2 Sam. 14, 15 (cf. אָדוֹן). בֶּן־אָמָה *filius ancillæ* i. e. servus. Ex. 23, 12. Ps. 116, 16.

אַמָּה, fem., constr. אַמַּת, dual. אַמָּתַיִם, pl. אַמּוֹת ; pr. i. q. אֵם, sed ubique metaph. *de principio, capite, fundamento* rei. Spec. 1) est *mater brachii* i. e. pars brachii anterior, *cubitus, ulna* Deut. 3, 11. De mensurâ Gen. 6, 15. Ex. 25, 10, etc. Ulnarum numerandarum ratio hæc est : אַמָּתַיִם *duæ ulnæ*, שָׁלֹשׁ אַמּוֹת *tres ulnæ* atque ita usque ad denarium numerum, in sequiore Hebr. אַמּוֹת שָׁלֹשׁ 2 Par. 6, 13 ; cum numeris denario majoribus in antiquiore Hebr. hunc in modum : חֲמִשִּׁים אַמָּה Gen. 6, 15, in sequiore

חֲמִשִּׁים אַמּוֹת Ez. 42, 2 vel אַמּוֹת עֶשְׂרִים 2 Par. 3, 4. Præterea omnis generis numeralibus et in utroque Hebr. jungitur interced. בְּ: אַרְבַּע בָּאַמָּה *quatuor ad ulnam* i. e. quatuor ulnæ, מֵאָה בָּאַמָּה *centum ulnæ*, Ex. 27, 9. 18. 36, 15. 38, 9. Ulna vulgaris Hebræorum sex, ut videtur, palmorum erat, et major ἑπταπάλαιστος memoratur Eze. 40, 5. 43, 13. cf. 2 Par. 3, 3, et quæ disputavit W. Gesenius in Thes. p. 110. 113.—Metaph. Jer. 51, 13: *venit finis tuus, mensura rapinæ tuæ* i. e tempus, quo Deus nefandoquæs tui tuo modum et mensuram posuit.—2) *metropolis*. 2 Sam. 8, 1: *et sumsit Davides frenum metropoleos è manu Philistæorum* i. e. metropolin Philistæornm sibi subjecit. Cf. proverbium Arabum: *tradidit capistrum suum alicui* i. e. arbitrio ejus se permisit. Schult. ad Job 30, 11.—3) *fundamentum* Jes. 6, 4. —4) n. pr. collis 2 Sam. 2, 24.—Rad. אמם, si formam gramm. spectes.

אֵמָה i. q. אֵימָה q. v. *terror*.

אֻמָּה f. *populus*, *natio*. Legitur tantùm in plur. אֻמּוֹת Gen. 25, 16. Num. 25, 15, et אֻמִּים Ps. 117, 1. —Rad. אמם.

אָמוֹן m. *alumnus*, al. *opifex*, *architectus* i. q. אָמָן, Prov. 8, 30 de sapientiâ Dei mundi opifice. — 2) i. q. הָמוֹן (à rad. הָמָה) *multitudo*, *turba* Jer. 52, 15. — 3) *Amon*, n. pr. numinis suremi apud Thebanos (vid. נֹא אָמוֹן) — 4) n. pr. viror. 1 Reg. 22, 26: 2 Reg. 21, 18 — 26: 2 Par. 33, 20 sq. Neh. 7, 59.

אָמוֹן n. pl. אֲמוּנִים et אֲמֻנִים; sed constr. אֲמוּנֵי, vid. in Rad.; *fides*, *veracitas* Deut. 32, 20. Jes. 26, 2. אִישׁ אֱמוּנִים *vir fidus*, *fidelis* Prov. 20, 6.—Rad. אמן.

אֲמוּנָה f. constr. אֲמוּנַת, suffix. אֲמוּנָתְךָ et אֲמֻנָתְךָ, in pausâ אֲמוּנָתְךָ, pl. אֲמוּנוֹת; 1) *firmitas* Ex 17, 12.— 2) *securitas* Jes. 33, 6. — 3) *fides*, quâ quis promissa exsequitur. Tribuitur hominibus Ps. 37, 3. Prov. 28, 20. Hab. 2, 4, Deo Deut. 32, 4. Ps. 36, 6. 40, 11.—Rad. אמן.

אָמוֹץ n. pr. viri Jes. 1, 1. 2, 1. 13, 1. 20, 2.

אָמִי n. pr. viri Esr. 2, 57, forsan corruptum pro אָמוֹן Neh. 7, 59.

אֵמִים vid. אֵימִים.

אֲמִינוֹן n. pr. viri i. q. אֲמְנוֹן. 2 Sam. 13, 20.

אַמִּיץ m. *firmus*, *fortis* Job 9, 4, 19, plenius addito כֹּחַ Nah. 2, 2. Jes. 40, 26.—Rad. אָמַץ.

אָמִיר m. *vertex* arboris, *ramus summus*, Jes. 17, 6, 9.

אָמַל vel אָמַל *languit*, *flaccidus fuit*, pr. caput demisit. Affine est אָבַל q. v. Par. pass. f. אֲמֻלָה *languidum*, de corde Eze. 16, 30.

Pyl. אִמְלֵל 1) *languit*, pr. de plantis Jes. 24, 7, hinc de agris, de homine ægroto Ps. 6, 3, ubi אֲמֻלָּל est pro מְאֻמְלָל.—2) *tristis fuit* Jes. 19, 8, de terrâ vastatâ Jes. 24, 4. 33, 9. de mœnibus dirutis Thren. 2, 8. Usurpatur tantum in sermone poët. Sed pedestris sermonis est

אֲמֻלָּל m. *languidus*, *debilis* Neh. 3, 34.

אמם rad. inus. quæ ut עמם, גמם (q. v.) *conjugendi* vim habuisse videtur. – Deriv. אֻמָּה et forsan לאם.

אֲמָם n. pr. oppidi ad meridiem tribûs Judæ. Jos. 15, 25.

אָמַן pr. *fulcivit, sustentavit*, hinc *nutrivit, aluit* (cf. כָּלְכַּל). it. intrans. *fultus*, hinc *firmus inconcussus*, et metaph *fidus fuit*. Partic. act. אֹמֵן παιδαγωγός, puerum *gestans et curans* Num. 11, 12. it. *tutor* et *altor* Esth. 2, 7. f. אֹמֶנֶת *nutrix* Ruth 4, 16. suff. מֵנְקָתוֹ *nutrix ejus* 2 Sam. 4, 4. pl. m. אֹמְנִים *altores, tutores* 2 Reg. 10, 1. suff. אֹמְנֶיךָ *altores tui* Jes. 49, 23. Par. pass. pl. אֱמוּנִים *nutriti*, i. e. *gestati* Thren. 4, 5. Sed *fidi, fideles* Ps. 12, 2. 31, 24. Constr. אֱמוּנֵי *fideles* (Israëlis) 2 Sam. 20, 19.

Niph. נֶאֱמַן, part. נֶאֱמָן, plur. נֶאֱמָנִים, fut. יֵאָמֵן, plur. f. in pausâ תֵּאָמַנָּה pro תֵּאָמַנְנָה; 1) *fultus, gestatus est* brachiis parvulorum instar Jes. 60, 4. — 2) *firmus, stabilis fuit* 1 Sam. 2, 35. 25, 28: 2 Sam. 7, 16: 1 Reg. 11, 38. Jes. 22, 23, 25. — 3) *diù duraturus, perennis fuit*, de aquâ Jes. 33, 16. Jer. 15, 18, de morbis Deut. 28, 59, de fœdere Ps. 89, 29. — 4) metaph. *fidus, fidelis fuit*, Num. 12, 7, Deut. 7, 9. Jes. 49, 7. Hos. 12, 1. — 5) *probus, integer fuit*, Prov. 11, 13. 27, 6: נֶאֱמָנִים פִּצְעֵי אֹהֵב *proba sunt vulnera amici* i. e. ex animi candore profecta. Vulneribus autem significantur correctiones severiores. — 6) *verus, certus fuit* Hos. 5, 9. De verbo Dei Ps. 19, 8; it. *verus agnitus est* Gen. 42, 20, et *verus confirmatus est* 1 Reg. 8, 26.

Hiph. הֶאֱמִין, fut. יַאֲמִין (sed תַּאֲמִינוּ Jes. 30, 21 vid. in יָמַן); 1) *innixus est, superstruxit rei* pr. Jes. 28, 16: *cui qui superstruit, non aufugiet*. Plerumque — 2) transl. *fidem habuit* Gen. 15, 6. Job. 4, 18. Ps. 78, 22, etc. — 3) *credidit*, absol. Jes. 7, 9, plerumque seq. ל pers. et rei Gen. 45, 26. Ex. 4, 1, 8, 9. Prov. 14, 15. Ps. 106, 24, seq. כִּי Ex. 4, 5. Job 9, 16; it. cum inf. Job 15, 22. — 4) fortassè intrans. *constitit firmus*. Job 39, 24: *non consistit firmus, ubi tubæ vox* sc. audita est. Cf. Virg. Georg. 3, 83. E vulgari linguæ usu interpretatio esset: ita exoptat pugnam, ut *vix credat* suisque auribus confidat præ gaudio. Cf. 9, 16. 29, 24.

אָמֵן m. *artifex, faber* Cant. 7, 2.

אֱמֶן 1) adj. verbal: *firmus*, metaph. *fidus, verus*. Cf. Apoc. 3, 4. Neutr. *fidum, verum, fides* Jes. 65, 16. — 2) Indè transiit in partic. affirmantis et assentientis *firmum, ratum esto, verè, certò*, Deut. 27, 15. Num. 5, 22: 1 Reg. 1, 36. Neh. 15, 13, etc. Geminat. vim auget Ps. 41, 14. 72, 19. 89, 53.

אֱמֶת m. *fides, veritas* Jes. 25, 1.

אֲמָנָה f. 1) *fœdus* Neh. 10, 1. — 2) *statutum, decretum* i. q. חֹק. Neh. 11, 23. — 3) n. pr. fluvii in Antilibano 2 Reg. 5, 12, à quo illa

ipsa Libani pars Amana dicta Cant. 4, 8.

אֻמְנָה f. pr. *fulciens*, hinc *columna*, *postis* Pl. אֻמְנוֹת 2 Reg. 18, 16.

אֹמְנָה f. 1) *educatio*, *tutela* Esth. 2, 20. — 2) *veritas*, adv. *re verâ*, *verè* Gen. 20, 12. Jos. 7, 20.

אַמְנוֹן n. propr. 1) filius Davidis Sam. 3, 2. 13, 1—39, qui et אֲמִינוֹן 2 Sam. 13, 20. — 2) alter. viri 1 Par. 4, 20.

אָמְנָם adv. *re verâ*, *verè*, *profectò*, Job 9, 2. 19, 4. 5. Jes. 37, 18. אָמְנָם כִּי *verum* est *quod* Job 12. 2. Ruth. 3, 12.

אֻמְנָם *id.* Gen. 18, 13. Num. 22, 57.

אָמַן, imp. אֱמַן, fut. יֶאֱמַן; *firmus*, *validus fuit* (vicin. חָמַס, חָמַץ *acer fuit*), 2 Par. 13, 18. Sq. מִן *prævaluit* alicui Gen. 25, 23. Ps. 18, 18. 142, 7. Hinc *fortis*, *animosus fuit* Deut. 31, 6, 7, 23. Jos. 1, 6, 9, 10. 10, 25.

Pi. אִמֵּן 1) *firmum reddidit*, *firmavit* labantem Job 4, 4. Jes. 35, 3. Hinc *firmavit*, *alacrem reddidit animum* Deut. 3, 28. Job. 16, 5. — 2) *roboravit*, *corroboravit* Jes. 41, 10. Ps. 89, 22. 2 Par. 11, 17. Prov. 31, 17. 24, 5.—3) *restituit*, *refecit* ædificium i. e. חִזֵּק 2 Par. 24, 13, it. *statuit*, *condidit*. Prov. 8, 28.— 4) *obfirmavit* (cor) Deut. 2, 30. 15, 7: 2 Par. 36, 13. — 5) *constituit*, *delegit sibi* Ps. 80, 18. Jes. 44, 14.

Hiph. fut. apoc. יַאֲמֵן *fortis sit*, de animo Ps. 27, 14. 31, 25.

Hithpa. הִתְאַמֵּץ, *alacrem se gessit*, *alacriter fecit aliquid* 1 Reg. 12. 18: 2 Par. 10, 18. — 2) *corroboravit se*, de conjuratis 2 Par 13. 7. — 3) *obfirmavit se* i. e. animo obfirmato fuit Ruth 1, 18. Cf. חָזַק.

אָמֻץ pl. אֲמֻצִים *alacres* de equis. Zach. 6, 3. Aquila et Vulgat. *fortes*, sed ver. 7 ob contextum flagitat אֲדֻמִּים *rubri*.

אֹמֶץ m. *robur*, Job 17, 9.

אַמְצָה m. *robur*. Zach. 12, 5.

אַמְצִי n. pr. viror. 1 Par. 6, 31. Neh. 11, 12.

אֲמַצְיָה et אֲמַצְיָהוּ n. pr. viror. 2 Reg. 12, 22. 14, 1, 11. Amos 7, 10: 1 Par. 4, 34. 6, 30: 2 Par. 25, 1 sqq.

אָמַר, part. act. אֹמֵר, pass. אָמוּר, infin. absol. אָמוֹר, constr. אֱמֹר, sed semel אֲמַר Prov. 25, 7. cum præf. בֶּאֱמֹר, כֶּאֱמֹר, sed cum לְ semper לֵאמֹר, cum suff. אֲמָרְכֶם, אֲמָרִי, fut. יֹאמַר et יֹאמֶר, convers. וַיֹּאמֶר; 1. pers. sing. אֹמַר pro אֶאֱמַר, cum suffix. et abjecto Aleph יְמָרוּךְ Ps. 139, 20, ubi quidam legunt יַמְרוּךָ à מָרָה; 1) *dixit* Gen. 1, 3. Jer. 14, 17, et sexcenties. it. *locutus est*, ut דִּבֶּר sed rarò Gen. 4, 8. Ex. 19, 25: 2 Par. 2, 10. 32, 24. Psalm. 139, 20, et Dan. 7, 16. Constr. cum לְ, אֶל, *ad aliquem*, *alicui* ut plurimùm; nonnumquàm *de aliquo*, ut Gen. 20, 13. Jud. 9, 54. Ps. 71, 10. sæpiùs cum accus. rei Deut. 17, 11. Jer. 3, 16. Ps. 139, 10. *jussit mandavit* Lev. 17, 12. Ps. 105, 31. Esth. 1, 17:

1 Par. 21, 17. *addixit*, *assignavit* 1 Reg. 11, 18. Hab. 3, 9. *prædicavit, celebravit*, Jes. 3, 10. Ps. 40, 11. 145, 6, 11. *vocavit*, *nominavit* Jes. 8, 12. — 2) *secum dixit*, *animo volvit, cogitavit* addito vel non בְּלִבּוֹ, לְלִבָּבוֹ; Gen. 17, 17. Ps. 10, 6, 11. Ex. 2, 14.

Niph. נֶאֱמַר, fut. יֵאָמֵר et יֵאָמַר, 1) *dictus est* Dan. 8, 26. cum לְ et אֶל pers. Num. 23, 23. Eze. 13, 12. ut lat. *dicitur*, *dicunt* Gen. 10, 9. 22, 14. Num. 21, 14. — 2) יֵאָמֵר לְ *dicitur alicui* (hoc vel illud) i. e. (ita) *vocatur*, *appellatur*. Jes. 4, 3. 19, 18. 61, 6. 62, 4. Hos. 2, 1.

Hiph. הֶאֱמִיר *dicere* i. e. spondere fecit Deut. 26, 17, 18.

Hithpa. הִתְאַמֵּר *seipsum prædicavit, extulit se, gloriatus est* Ps. 94, 4. Derivata sunt præter seq. אֹמֶר, מַאֲמָר.

אֵמֶר m. cum c. suff. אִמְרוֹ plur. אֲמָרִים constr. אִמְרֵי, suffix. אֲמָרַי, אִמְרֵיכֶם; 1) *verbum*, *sermo* i. q. דָּבָר, sed tantùm poët. præter Jos. 24, 27. Maximè de verbis Dei Num, 24, 4, 16. Prov. 6, 2. 15, 26. 22, 21. Ps. 19, 15. Sed Gen. 49, 21, Bochart legit אַמְרֵי *rami* q. v. in אַיָּלָה — 2) *jussum*, *mandatum*. Job 20, 29: נַחֲלַת אִמְרוֹ מֵאֵל *sors à Deo ei demandata*, imposita.

אֵמֶר n. pr. viror. Jer. 20, 1. Esr. 2, 59. Neh. 7, 61.

אֹמֶר m. suff. אָמְרִי; poët. tantùm. i. q. אֵמֶר, 1) *verbum*, *sermo* Ps. 19, 4. — 2) spec. *carmen*, *hymnus* (ἔπος) Ps. 19. 3; *epinicium* Ps. 68, 12. Hab. 3, 9. — 3) *promissio* Dei. Ps. 77, 9. — 4) *res*, *aliquid*, sicut דָּבָר. Job 22, 28.

אִמְרָה, constr. אִמְרַת, suff. אִמְרָתוֹ, pl. אֲמָרוֹת, constr. אִמְרוֹת; nonnisi poët. *verbum*, *sermo*, potissimum de verbo Dei Ps. 18, 31. 119, 38, 50, 103, 140, et de poësi sacrâ Gen. 4, 23. Deut. 32, 2. Ps. 17, 6.

אֶמְרָה f. id. Thren. 2, 17.

אֱמֹרִי *Amorrhæus*, collect. *Amorrhæi*, n. pr. populi cananitici, cujus nomen nonnunquàm latissimè patet et ad omnes gentes Cananæas transfertur Gen. 14, 7, 13. 15, 16. 48, 22. Num. 13, 29. 21, 13, 24, 32, 39. Deut. 1, 20. 4, 47. Jos. 2, 10.

אֲמָרִי n. pr. viror. 1 Par. 9, 4. Neh. 3, 2.

אֲמַרְיָה n. pr. viror. Soph. 1, 1: 1 Par. 5, 3 (al. 6, 7). 5, 37 (al. 6, 11). Esr. 7, 3. 10, 42. Neh. 10, 4. 11, 4. 12, 2, 13.

אֲמַרְיָהוּ n. pr. viror 1 Par. 24, 23: 2 Par. 19, 11. 31, 15.

אַמְרָפֶל n. pr. viri Gen. 14, 1, 9.

אֶמֶשׁ m. 1) *nox prætérita*: hinc adv. *nocte prætéritâ* Gen. 19, 34. 31, 29, 42. it. *heri* i. q. תְּמוֹל 2 Reg. 9, 26. — 2) *nox*, *tenebræ* generatim. Job 30, 3: *fugiunt* אֶמֶשׁ שְׁאָה וּמְשֹׁאָה *in noctem* seu *tenebras vastæ vastitatis*. Desertum enim invium egregiè nocti tenebrisque comparare solent Orientales. Vide Jer. 2, 6, 31 et Jes. 42, 16. Etymon incertum.

אֱמֶת pro אֲמֶנֶת f., suff. אֲמִתִּי, אֲמִתּוֹ; pr. *firmitas*, *stabilitas*, *perennitas*, hinc *amicitia*, *favor*, *boni-*

tas constans et *stabilis* Ex. 18, 21. Jud. 9, 16, 19. Jos. 2, 12. Jes. 39, 8. — 2) *fides*, quâ quis sibi constat, promissa servat et exsequitur Jes. 59, 14, 15. Ps. 45, 5. 71, 22. 91, 4. Sæpissimè jungitur חֶסֶד et per ἓν διὰ δυοῖν intelligendus *favor constans et perennis*. עָשָׂה חֶסֶד וֶאֱמֶת עִם *benevolentiam sinceram alicui præstare* Gen. 24, 49. 47, 29. Jos. 2, 14: 2 Sam. 2, 6. 15, 20. — 3) *probitas*, *integritas*. Opp. רֶשַׁע Prov. 8, 7. Spec. est *integritas* (judicis), *justitia* Ps. 19, 10. Jes. 16, 5. Prov. 29, 14; it. *sinceritas* opp. simulationi Jos. 24, 14: 1 Sam. 12, 24: 1 Reg. 2, 4. Jes. 10, 20. — 4) *veritas* oppos. mendacio Gen. 42, 16. Deut. 22, 20: 2 Sam. 7, 28. אֲמָרִים אֱמֶת *verba* (quæ) *veritas* (sunt) Prov. 22, 21. Jes. 42, 3. Jer. 26, 15. Ps. 119, 142. אֱמֶת יְהוָה *veritas Dei* sæpè pro verâ ejus doctrinâ et religione Ps. 25, 5. 26, 3. 86, 11. — Rad. אָמַן.

אַמְתַּחַת f., suff. אַמְתַּחְתּוֹ, plur. constr. אַמְתְּחוֹת, suff. אַמְתְּחֹתֵינוּ; *saccus* Gen. 42, 27. sq. 43, 18, 21, 22, — Rad. מָתַח.

אַמְתַּי n. pr. viri 2 Reg. 14, 25. Jon. 1, 1.

אָן forsan contract. ex אַיִן *ubi?* מֵאָן *unde?* 2 Reg. 5, 25 (in Chethib). Dein: *quo? quorsum?* de tempore *quamdiu?* עַד־אָן *usque quando? quamdiu?* Job 8, 2. Cum ה locali אָנָה 1) *quo? quorsum?* etiam citra interrog. Jos. 2, 5. Neh. 2, 16. Constr. prægnans est Jes. 10, 3: אָנָה תַּעַזְבוּ כְבוֹדְכֶם *quorsum* (transportabiti s ubi) *relinquetis divitias vestras.* — 2) *ubi?* Ruth. 2, 19. — 3) de tempore: עַד־אָנָה *usque quando? quamdiu?* Ex. 16, 28. Ps. 13, 2. Job 18, 2. — 4) sine interr. אָנָה וְאָנָה *huc et illuc* 1 Reg. 2, 36, 42.

אֵן i. q. אוֹן *Heliopolis.*

אָנָּא (lege *ânna*, non *onna*) interj. *ah quæso!* seq. imperat. Gen. 50, 17, vel fut. apoc. i. e. Optativ. Neh. 1, 5, alibi absol. legitur Ex. 32, 31. Dan. 9, 4. Scribitur אָנָּה 2 Reg. 20, 3. Jes. 38, 3. Job 1. 14.

אנה 1) vicin. verbis אָנַק, אָנַח, אָנַן, עָנָה; *mœruit, luxit, ingemuit, suspiria duxit* Jes. 3, 26. 19, 8. — 2) Pih. אִנָּה *fecit* (Deus), *ut obveniret, accideret* aliquis alicui Ex. 21, 13.

Puh. אֻנָּה, fut. יְאֻנֶּה; *obvenire factus est* i. e. *obvenit*, *obtigit* infortunium Prov. 12, 21. Ps. 91, 10.

Hithpa. הִתְאַנָּה, part. מִתְאַנֶּה; *se ipsum objecit*, i. e. *occasionem quæsivit* alicui nocendi cum ל 2 Reg. 5, 7. — Deriv. אֲנִיָּה, אֳנִיָּה, תַּאֲנָה, תְּאֵנָה, תַּאֲנִיָּה.

אָנָה *quorsum?* vid. אָן.

אֲנָה vid. אָנָּא.

בָּחַל *fastidivit* ex signif. chald. et syr. sic reddidit Onkelos; sed LXX. vers. syr. arab. et Vulg. est *rugire, ululare* Zach. 11, 8.

Puh. part. f. מְבֻחֶלֶת Prov. 20, 21 in Chethib, forsan *sordidâ avaritiâ acquisita* divitiarum possessio; sed Vulgat. *ad quam festinatur* juxta Keri מבהלת.

בָּחַן part. act. בֹּחֵן, infin. constr. בְּחַן, imp. בְּחַן, undè cum suff. בְּחָנֵנִי, fut. יִבְחַן; 1) *exploravit, examinavit*, pr. metalla (ut צָרַף) Jer. 9, 6. Zach. 13, 9. Ps. 66, 10, metaph. Job 23, 10. Dein in genere Jer. 11, 20. Mal. 3, 10, 15. Ps. 95, 9, etc. — 2) *speculatus est* i. q. צָפָה.

Niph. נִבְחַן, fut. יִבָּחֵן; *exploratus, probatus est* Gen. 42, 15, 16. Job 34, 36.

Puh. בֻּחַן *nam probatio facta est*, Eze. 21, 18. Aliis בֻּחַן est nomen: *probatio* scil. facta est. — Deriv. præter seqq. sunt בָּחִין, בַּחוֹן, בָּחוֹן.

בָּחַן m. *specula* Jes. 32, 14.

בֹּחַן m. *probatio* Jes. 28, 16.

בָּחַר, part. act. בֹּחֵר, pass. בָּחוּר. בְּחוּרִים, infin. abs. בָּחוֹר, constr. בְּחֹר, cum suff. בָּחֳרִי, imp. בְּחַר, fut. יִבְחַר; 1) *probavit* i. q. *exploravit, examinavit*, ut בָּחַן. Jes. 48, 10. Job. 34, 4: 2 Par. 34, 6 — 2) *probavit* i. q. *elegit, delegit*. Cum accus. ejus quod eligitur. Gen. 13, 11. Ex. 17, 19. Jos. 8, 3, etc. cum בְּ Num. 16, 5. 17, 20: 1 Sam. 10, 24, etc. semel עַל (quod desiderium rei notat) Job 36, 21, it. מִן (præferendi potestate) Ps. 84, 11. — Part. בָּחוּר *delectus, electus*. Ex. 14, 7. it. *præstans, eximius*. Cant. 5, 15. — 3) *dilexit, delectatus est concupivit, placuit ei*, cum acc. Gen. 6, 2: 2 Sam. 15, 15. Jes. 1, 29. Prov. 1, 29. 3, 31; sq. בְּ Jes. 14, 1. Zach. 1, 17. 3, 2; et לְ 1 Sam. 20, 30 (ubi plures codd. בְּ). Semel prægn. sq. עַל pers. 2 Sam. 19, 39: כֹּל אֲשֶׁר־תִּבְחַר עָלַי אֶעֱשֶׂה־לָּךְ *quæcunque cupies mi-*

hique (ad faciendum) *impones*, *faciam tibi.*

Niph. נִבְחַר *electus est*, sq. מִן *præstantior fuit* aliquâ re 1) Jer. 8, 3. Part. נִבְחָר *præstans* Prov. 10, 20, etc. sq. מִן *præstantior* Prov. 16, 16. 22, 1. —2) sq. לְ *electus est ab aliquo, placuit alicui.* Prov. 21, 3.

Puh. fut. יְבֻחַר *eligetur* Eccl. 9, 4 Chethib. — Deriv. בָּחִיר, בָּחוּר, מִבְחָר, מִבְחוֹר, בְּחוּרוֹת, בְּחֻרִים et בְּחֻרוֹת f. pl. undè cum suff. בְּחֻרוֹתֶיךָ et בְּחוּרוֹתֶיךָ; *juventus* Eccl. 11, 9, 12, 1.

בַּחֻרִים m. pl. cum suff. בְּחֻרָיו; id. Num. 11, 28.

בְּחֻרִים n. pr. oppiduli Benjaminitarum 2 Sam. 3, 16. 16, 5. 17, 18. 19, 17: 1 Reg. 2, 8, 10. Simonis (Onomast.) indè derivat nom. gent. בַּחֲרוּמִי 1 Par. 11, 33, et litt. transp. בַּרְחֻמִי 2 Sam. 23, 31.

בָּטָא et בָּטָה *effutivit, temerè et inconsideratè locutus est* part. act. בּוֹטֶה *blaterator, garrullus* Prov. 12, 18.

Pih. inf. בַּטֵּא, fut. יְבַטֵּא; id. Lev. 5, 4. Ps. 106, 33. —Deriv. מְבַטֵּא.

בָּטַח, part. act. בּוֹטֵחַ, f. בּוֹטַחַת, infin. constr. בְּטֹחַ, imp. בְּטַח, fut. יִבְטַח 1) *confisus est* alicui, *spem et fiduciam* in aliquo *collocavit.* Sq. בְּ Prov. 11, 28. Ps. 28, 7. עַל 2 Reg. 18, 20. 21. 24, אֶל Ps. 4, 6. 31, 7. Cum Dat. pleon. 2 Reg. 18, 21. Jer. 4, 7, 8. Rarò absol. ponitur Job 6, 20, et tunc plerumquè valet.— 2) *securus fuit, nihil sibi timuit* Jud. 18, 7, 10, 27. Jer. 12, 5. Job 40, 23. Prov. 11, 13. Part. pass. בָּטוּחַ *confisus*, signif. activâ. Jes. 26, 3. Ps. 112, 7.

Hiph. הִבְטִיחַ, part. cum suffix. מַבְטִיחִי, fut. apoc. יַבְטַח; 1) *confidere jussit*, sq. אֶל-עַל et עַל. Jes. 36, 15. Jer. 28, 15. 29, 31. —2) absol. *securum fecit* Ps. 22, 10. — Deriv. אֲבַטְחִים, seqq. et מִבְטָח.

בֶּטַח m. — 1) *fiducia*, et adv. *fidenter, confidenti animo* Gen. 34, 25. — 2) *securitas* Jes. 32, 17. Alibi semper לָבֶטַח et בֶּטַח adv. a) *sine periculo et metu, tutò* Lev. 25, 18, 19. 26, 5. Deut. 33, 12: 1 Sam. 12, 11. b) *sine metu, securè.* Mich. 2, 8. De nimis securo et incauto Jud. 8, 11. Jer. 49, 31. —3) n. pr. oppidi Syriæ 2 Sam. 8, 8, quod 1 Paral. 18. 8 טִבְחַת scribitur.

בִּטְחָה f. *fiducia* Jes. 30, 15.

בִּטָּחוֹן m. *fiducia* Jes. 36, 4, *spes* Eccl. 9, 4.

בִּטְחוּת f. plur. pr. *securitates* i. e. tranquillitas secura Job 12, 6.

בָּטַל *cessavit, feriatus est.* Eccl. 12, 3.

בֶּטֶן f. suff. בִּטְנִי; 1) *venter* Num. 5, 22. Jud. 3, 21. Ezech. 3, 3, etc. —2) *uterus* Gen. 25, 23. 24. מִן-הַבֶּטֶן, מִבֶּטֶן et pleniùs מִבֶּטֶן אִמִּי *indè ab utero*, hyperbol. pro *à teneris.* פְּרִי-בֶטֶן *soboles, proles* Gen. 30, 2. Deut. 7, 13. Jes. 13, 18. Mich. 6, 7, ubique de prole jam natâ, non de fœtu, etiam sq. genit. patris (Mich. l. c). De uno filio dicitur בַּר בִּטְנִי *filius uteri mei* Prov. 31, 2, ubi suff. refertur ad matrem; sed Job 3, 10 בִּטְנִי *uterus meus*

est *uterus matris meæ* et בְּנֵי בִטְנִי Job 19, 17 non intelligendi videntur *Jobi filii* (hi enim perierant 1, 19 cf. 29, 5), sed probab. fratres uterini, ἀδελφοὶ cf. Ps. 69, 9). — 3) *intima pars rei* i. q. קֶרֶב. — בֶּטֶן שְׁאוֹל — *intimum inferni* Jon. 2, 3. Impr. de imo pectore hominis. Job 15, 35. 32, 18. Prov. 22, 18. collat. חַדְרֵי בָטֶן Prov. 18, 8. 20, 27, 30. 26, 22. — 4) *prominentia* columnarum ventri similis 1 Reg. 7, 20. — 5) n. pr. oppidi in tribu Aser Jos. 19, 25.

בָּטְנִים plur. Gen. 43, 11 *pistacia*, nuces oblungæ à tumore quasi *ventris*, ut volunt, quibus et nunc abundant Syria et Palæstina. Vid. Celsius, Hierobot. et Bochart, Geogr. Part. II, lib. 2, cap. 9.

בִּטְנִים n. pr. oppidi in tribu Gad Jos. 13, 26.

בִּי *quæsò*, *obsecrò*, ubiquè sq. אֲדֹנִי, אֲדֹנִי, Gen. 43, 20. 44, 18. Ex. 4, 10. Jos. 7, 8. Jud. 6, 13: 1 Sam. 1, 26: 1 Reg. 3, 17, etc. W. Gesenio est pr. *precatio*, *rogatio*, ità ut sit pro בְּעִי à rad. בָּעָה. Vide, si placet, quæ disputavit in Thes. p. 222.

בִּיאָה f. *introitus* Eze. 8, 5.

בִּין et בוּן, præt. בָּנְתָה Ps. 139, 2, sed בִּינֹתִי Dan. 9, 2, part. act. בָּן, pl. בָּנִים, inf. et imp. בִּין, fut. יָבִין, apoc. et conv. וַיָּבֶן, יָבֶן; pr. ut in arab. *secuit*, *fidit* (undè בֵּין *separatio*, *intervallum*), metaphor. *distinctè cognovit* (Gall. *distinguer*), *dijudicavit* (sic Lat. *videre* et *dividere*, *cernere* et *decernere*); hinc *intellexit*. Spec. 1) *animadvertit* oculis i. q. *vidit*. Cum acc. Prov. 7, 7. בְּ Neh. 13, 7, לְ Job 9, 11. 23. 8, auribus i. q. *audivit*, Job 23, 5. Prov. 29, 19, tactu i. q. *sensit*, de rebus inanim. Ps. 58, 10. — 2) *animum advertit* ad aliquid; *attendit*, cum acc. Deut. 32, 7. Dan. 10, 1. Ps. 5, 2. Prov. 23, 1, etc. בְּ Esr. 8, 15. Dan. 9, 2. 23, אֶל Ps. 28, 5, לְ Deut. 32, 29. Job 14, 21. Jes. 32, 4, עַל Dan. 11, 30, 37, absol. Ps. 94, 7. — 3) *intellexit* Jes. 6, 9. Dan. 12, 8. sq. כִּי 1 Sam. 3, 8: 2 Sam. 12, 19. Jes. 43, 10. — 4) *compertum habuit*, *scivit*, *novit*, sq. acc. Ps. 19, 13. Job 38, 20, לְ Ps. 139, 2. — 5) absol. *sapuit* Hos. 4, 14. Job 42, 3. 18, 2. Part. plur. בָּנִים *sapientes*, *prudentes* Jer. 49, 7.

Niph. נָבוֹן, 1 pers. נִבְנוֹתִי *intelligens*, *prudens fuit* Jes. 10, 13. Part. adj. נָבוֹן *intelligens*, *rerum peritus*, Gen. 41, 33, 39. Deut. 1, 13. 4, 6. Jes. 5, 21. נְבוֹן דָּבָר *sermonis peritus*, *eloquens* 1 Sam. 16, 18.

Pi. בּוֹנֵן fut. cum suff. יְבוֹנְנֵהוּ *curavit eum* Deut. 32, 10. — * Sic vulgò, sed forsan rectiùs verbum hoc loco denomin. est à בֵּין *inter* et vertendum: *statuit eum inter* columnam nubis et columnam ignis, coll. Ex. 13, 24, 25. 14, 19, 20. Hunc sensum non minùs efflagitat יְסֹבְבֶנְהוּ *circumdedit* immediatè præcedens, ut patet vel leviter attendenti. *

Hiph. הֵבִין, pl. 2 pers. הֲבִינוֹתֶם, part. מֵבִין, pl. מְבִינִים, infin. הָבִין, suff. הֲבִינֵךְ, imp. הָבֵן, suff. הֲבִינֵנִי, fut. יָבִין; 1) causat. *intelligere fecit* aliquem aliquid, i. e. *declaravit*, *explicavit*. Dan. 8, 16, 27. Neh. 8, 8.

it. *docuit*, *instruxit*, cum acc. pers. Neh. 8, 9. Ps. 119, 34, 73, 130. Jes. 40, 14, simul et rei Ps. 119, 27. Prov. 8, 5. Alibi cum accusat. rei et dat. person. Job 6, 24. Dan. 11 33 et accusat. pers. et dat. rei Nehem. 8, 7; *intelligentem reddidit* Job 32, 8. —2) *percepit*, velut rumorem Jes. 28, 19; *animum advertit ad* aliquid, cum בְּ Dan. 9, 23. 10, 11. Neh. 8, 12, אֶל Ps. 33, 15; et absol. Dan. 8, 5. 17; *discrevit, intellexit* 1 Reg. 3, 9; *scivit*, *novit* Mich. 4, 12. Job 28, 23, etc. *peritus fuit rei*, sq. בְּ Dan. 1, 17 et acc. Dan. 8, 23. Prov. 1, 6, it. abs. Jes. 29, 16; *sapuit*. Jes. 57, 1. Part. מֵבִין *sapiens*, Prov. 8, 9. 17, 10, 24. 28, 7, 11. *doctus*, *peritus* Esr. 8, 16: 1 Chron. 27, 32.

Hithp. הִתְבּוֹנְנוּ pl. in pausâ הִתְבּוֹנָנוּ Jes. 52, 15, imp. הִתְבּוֹנֵן, fut. יִתְבּוֹנֵן in pausâ יִתְבֹּנָן; 1) pr. *attentum se exhibuit*, i. e. *animum advertit*, *attendit*, absol. Jer. 2, 10. 9, 16. Job 11, 11, sq. אֶל 1 Reg. 3, 21. Jes. 14, 16, עַל Job 31, 1. Ps. 37, 10; עַד Job 32, 12. 38, 18; בְּ Jer. 30, 24. Job 30, 20; cum acc. Job 37, 14; hinc— 2) *percepit* cum acc. Job 26, 14. —3) *sapuit* pr. *sapientem se præbuit* Ps. 119, 100, 104. — Deriv. תְּבוּנָה et seq.

בֵּין, constr. בֵּין; suff. בֵּינִי, בֵּינְךָ in pausâ בֵּינֶךָ; בֵּינוֹ, dual. בֵּנַיִם, pl. בֵּינִים et בֵּינוֹת, undè cum suff. בֵּינָיו, בֵּינֵיהֶם et בֵּנֵינוּ Jos. 22, 25. בֵּינֵיכֶם et בֵּינוֹתֵינוּ, בֵּינוֹתָם; pr. *separatio*, *intervallum*, *spatium interjectum*, sed abit in præp. 1) *inter* Job 30, 7. Prov. 6, 19, etc. Duplic. *inter — inter* est בֵּין — וּבֵין Gen. 26, 28. Ex. 11, 7. Jos. 22, 25 etc. rariùs בֵּין—לְ (pr. *intervallum—usquè ad*) Gen. 1, 6. Lev. 20, 25. Deut. 17, 8, בֵּין—לְבֵין Jes. 59, 2, וְלְ — בֵּין Joel 2, 17. Ubi seq. verba videndi, intelligendi, docendi, hæc signif. videre, intelligere, docere, quid intersit *inter et inter*. Mal. 3, 18: וּרְאִיתֶם בֵּין צַדִּיק לְרָשָׁע *videbitis*, *quid intersit inter justum et impium*, sic 2 Sam. 19, 36: 1 Reg. 3, 9. Eze. 44, 23. Jon. 4, 11. — 2) *intra* Job 24, 11. Prov. 26, 13. De tempore *intra decem dies* Neh. 5, 18. — Dual. בֵּנַיִם *spatium inter duas acies medium*, undè אִישׁ־הַבֵּנַיִם 1 Sam. 17, 4, 23, *intercessor*, μεσίτης, monomachiâ litem dirempturus, de Goliatho. — Compon. cum aliis præp. עַל־בֵּין et אֶל־בֵּינוֹת *inter* *usquè inter* Eze. 19, 11. בְּבֵין *inter* Jes. 44, 4, ubi aliis est *sicut inter*, sed tunc כְּבֵין legend. מִבֵּין *è medio*, gall. *d'entre* Zach. 6, 1. Ps. 104, 12, etc. מִבֵּינוֹת לְ *inter*, *intrà* i. q. בֵּינוֹת Eze. 10, 2, 6, 7.

בִּינָה f. constr. בִּינַת, suff. בִּינָתִי, pl. בִּינוֹת; 1) *intellectus* Jes. 33, 19. Dan. 8, 15, etc. — 2) *intelligentia*, *prudentia* Jes. 27, 11. Prov. 4, 5. Job 28, 12, etc. יָדַע בִּינָה *intelligens fuit* vel *factus est* Jes. 29, 24. Job 38, 4. Prov. 4, 1. Jes. 29, 24. Spec. *peritia* artis vel disciplinæ 2 Par. 2, 12: 1 Par. 12, 32: יֹדְעֵי בִינָה לָעִתִּים *temporis rationum periti*.

בוץ arab. *album esse*. Indè

בֵּיצִים pl. m. terminat. sed jungitur adjectivo fem. Jes. 10, 14. constr. בֵּיצֵי, suff. בֵּיצֵיהֶם; *ovum* Deut. 22,

6. Jes. 10, 14. 59, 5. Job 39, 14.

בֵּיר m. *puteus* i. q. בְּאֵר Jer. 6, 7 in Keri.

בִּירָה f. 1) *palatium*, *arx*, de arce Susorum Neh. 1, 1. Esth. 1, 2. 2, 3, 8. 3, 15. Dan. 8, 2, de totâ urbe adjacente Esth. 1, 5. 2, 5. 8, 14. 9, 6, 11, 12, de arce templi Hierosol. Neh. 2, 8. — 2) *templum* 1 Par. 29, 1, 19.—Quoad etymon, videtur esse originis persicæ, ut

בִּירָנִית f. undè pl. בִּירָנִיּוֹת *arces*, *castella* 2 Par. 17, 12. 27, 4.

בַּיִת m.constr. בֵּית, suff. בֵּיתוֹ, cum ה locali בַּיְתָה, constr. בֵּיתָה, pl. בָּתִּים (bottim) constr. בָּתֵּי, suff. בָּתֵּיהֶם, בָּתַּיִךְ, בָּתֵּינוּ ; — *domus*, בֶּן־הַבַּיִת *filius domus* Gen. 15, 3. Eccl. 2, 7 et יְלִיד בַּיִת Gen. 17, 12, 27. Jer. 2, 14, est *verna*, servus *in domo natus*, אֲשֶׁר עַל הַבַּיִת apud privatos homines est οἰκόνομος, *dispensator*, servus rei familiari reliquisque servis præfectus Gen. 43, 16. 44, 1, sed v. infra no. 3. *Domus luteæ* Job 4, 19 sunt corpora humana, utpote fragilia et caduca (cf. 2 Cor. 5, 1 ibique intpp.). *Domus Dei* est universus mundus Ps. 36, 9. In Acc. constr. בַּיִת sæpè pro בְּבַיִת Gen. 24, 23. 38, 11, etc. Spec. est 1) *tentorium* Gen. 27, 15. 33, 17, de tabernaculo fœderis, et Ex. 23, 19. Jos. 6, 24, etc. —2) *palatium*, *arx* Gen. 12, 15 : 2 Sam. 11, 2, 9 : 1 Reg. 9, 1, etc. Interdum הַבַּיִת dicitur et κατ' ἐξοχήν pro בַּיִת, undè אֲשֶׁר עַל הַבַּיִת *præfectus palatii* 1 Reg. 4, 6 : 2 Reg. 10, 5. 15, 5. Jes. 22, 15, ut רַב הַבַּיִת Esth. 1, 8. Passim est certa ædium pars, ut conclave Esth. 2, 3, 9, cœnaculum Cant. 2, 4. Esth. 7, 8.—3) *ædes*, *templum* 1 Sam. 5, 2, 5 : 1 Reg. 6, 5. Jes. 66, 1, etc. — 4) *sepulcrum* Jes. 14, 18. — 5) *habitaculum*, *mansio*, *locus* cujuscunque generis Ps. 84, 4. Job 17, 13. 27, 18, etc. Hinc *receptaculum*. בָּתֵּי נֶפֶשׁ *olfactoriola* Jes. 3, 20. בָּתִּים לַבְּרִיחִים, לַבַּדִּים *receptacula vectium* Ex. 26, 29. 36, 34. 37, 14. 38, 5. בֵּית אֲבָנִים *locus lapidosus* (in terra) Job 8, 17. Neh. 2, 3. Eze. 41, 9 : בֵּית צְלָעוֹת אֲשֶׁר לַבַּיִת *spatium conclavium templi lateralium*. — 6) *interior pars*, *quod intus*, *intra est* (Opp. חוּץ *extra*, *foras*). מִבַּיְתָה, מִבַּיִת et מִבַּיְתָה *intus intrinsecus*. Oppos. בֵּית לְ מִחוּץ, לְמִבַּיִת לְ, מִבַּיִת לְ *intra* (spatium quoddam). אֶל־מִבַּיִת לְ *intra*, cum accus.—7) Metonym. *qui versantur in domo*, *familia* Gen. 7, 1. 12, 17, etc. Ita *domus regis*, de aulicis Jes. 22, 18. — 8) *nepotes*, *posteri*, *prosapia* i. q. בָּנִים (et ita plurali jungitur Jes. 2, 5) Gen. 18, 19. בֵּית לֵוִי i. q. בְּנֵי לֵוִי Ex. 2, 1, בֵּית יוֹסֵף Jos. 17, 17. בֵּית דָּוִד *gens davidica* 1 Sam. 20, 16. Jes. 7, 2, 13. בָּנָה בַּיִת לְ *prolem*, *sobolem dedit alicui*, de leviro (i. q. הֵקִים שֵׁם לְ) Deut. 25, 9, de Deo 1 Sam. 2, 35. 25, 28 : 2 Sam. 7, 27. Cf. Ruth. 4, 11. Idem valet עָשָׂה בַּיִת לְ Ex. 1, 21 : 2 Sam. 7, 11. — 9) *res*, *opes*, quæ in domo asservantur, *totaque res familiaris* Gen. 15, 2. Esth. 8, 1, 2, 7.—10) בֵּית אָב *domus* seu *familia paterna* Gen. 31, 30. Not.

in censibus Hebræorum singulæ *tribus* (מַטּוֹת, שְׁבָטִים) dividebantur in *familias* (מִשְׁפָּחוֹת), familiæ in *domos paternas* (בֵּית הָאָבוֹת) Hinc רָאשֵׁי בֵּית אֲבוֹתָם Ex. 6, 14, רָאשִׁים לְבֵית אֲבוֹתָם 1 Par. 5, 24, vel per ellipsin רָאשֵׁי הָאָבוֹת Num. 31, 26. Jos. 14, 1, vel שָׂרֵי הָאָבוֹת 1 Par. 29, 6, נְשִׂיאֵי הָאָבוֹת 2 Par. 5, 2 *principes domuum, patriarchæ.* — Quod ad etymon attinet, est forsan בַּיִת pro בָּנִית, à rad. בָּנָה, et pl. בָּתִּים pro בָּנִיתִים, primùm excluso נ ut persæpè, dein in pl. correpto י in Daghesch velut in אִישׁ, אֶשָּׁה, etc. Quod etymon valdè commendat præterea ipsamet significatio. — Sæpissimè בֵּית præmittitur nom. pr. oppidorum, modò necessariò, modò ita ut etiam omitti queat: sic בֵּית אָוֶן opp. tribûs Benjamin, Jos. 7, 2 : 1 Sam. 13, 5, etc. בֵּית אֵל (olim לוּז dicta Gen. 28, 19) oppid. inter Jerusalem et Sichem sita Gen. 35, 1. Jos. 16, etc. Contemptim à prophetis vocatur בֵּית־אָוֶן, vid. אָוֶן. Nom. gent. בֵּית הָאֵלִי 1 Reg. 16, 34. — בֵּית הָאֶצֶל opp. Judææ vel Samariæ Mich. 1, 11. — בֵּית אַרְבֵאל Hos. 10, 14, aliis eadem est ac Ἄρβηλα Galilæorum (1 Macc. 9, 2), aliis ab eâ diversa. — בֵּית בַּעַל מְעוֹן Jos. 13, 17, alibi בַּעַל מְעוֹן Num. 32, 38 et בֵּית מְעוֹן Jer. 48, 23 opp. in tribu Ruben. Idem videtur בְּעוֹן (pro מְעוֹן) Num. 32, 3. — בֵּית בִּרְאִי opp. Simeonitarum 1 Par. 4, 31. — בֵּית בָּרָה Jud. 7, 24 locus ad Jordanem, prob. pro בֵּית עֲבָרָה, cf. Βηθαβαρά Joan. 1, 28 in codd. multis. — בֵּית גָּדֵר opp. tribûs Judæ 1 Par. 2, 51 i. q. גְּדֵרָה, q. v. — בֵּית גִּלְגָּל Neh. 12, 29 i. q. גִּלְגָּל q. v. — בֵּית גָּמוּל opp. Moabitarum Jer. 48, 23. — בֵּית דִּבְלָתַיִם Jer. 48, 22 et דִּבְלָתַיִם Num. 33, 46 opp. Moab. — בֵּית דָּגוֹן opp. 1) tribûs Judæ Jos. 15, 41; — 2) tribûs Aser Jos. 19, 27. — בֵּית הָרָם Jos. 13, 27 urbs Gaditarum, Num. 32, 36 בֵּית הָרָן appellata. — בֵּית חָגְלָה opp. Benjaminit. in confiniis Judæ Jos. 15, 6. 18, 19. 21. — בֵּית חָנָן opp. Judæorum vel Danitarum 1 Reg. 4, 9. — בֵּית חֹרוֹן duo oppida tribûs Ephraim; alterum, *superius* dictum in septentr. ejus tribûs parte (Jos. 16, 5. 21, 22), alterum *inferius* in limite Benjaminitarum situm erat (Jos. 16, 3. 18, 13). Bis (Jos. 10, 11 : 2 Par. 25, 13) Beth-horon κατ' ἐξοχήν memoratur, et apud Josue certè *inferius* intelligendum. — בֵּית הַיְשִׁימוֹת opp. Rubenitarum ad Jordanem Num. 33, 49, Jos. 12, 3. 13, 20. Eze. 29, 9. — בֵּית כַּר locus in Philistæorum regione situs 1 Sam. 7, 11. — בֵּית הַכֶּרֶם opp. Judæ Jer. 6, 1. Neh. 3, 14. — בֵּית לְבָאוֹת Jos. 19, 6, et לְבָאוֹת Jos. 15, 32. urbs Simeonitarum. — בֵּית לֶחֶם — עֶפְרָה v. לְעֶפְרָה 1) opp. tribûs Judæ, patria Davidis et Christi (olim אֶפְרָתָה Gen. 35, 19) Jud. 17, 7, 9. Ruth 1, 1, 2. Mich. 5, 1. Nom. gent. בֵּית הַלַּחְמִי 1 Sam. 16, 1, 18. 17, 58. — 2) opp. tribûs Zabulon Jos. 19, 15. — בֵּית מִלּוֹא v. מִלּוֹא. — בֵּית מַעֲכָה. — בֵּית בַּעַל מְעוֹן v. בֵּית מְעוֹן opp. in radicibus Hermon. 2 Sam 20, 14, cf. אָבֵל בֵּית מַעֲכָה et מַעֲכָה. — בֵּית הַמֶּרְחָק locus ad torrentem Cedron

2 Sam. 15, 17.—בֵּית הַמֶּרְחָק opp. Simeonitarum Jos. 19, 5 : 1 Par. 4. 31.—בֵּית נִמְרָה Num. 32, 36. Jos. 13, 27; et נִמְרָה Num. 32, 3 opp. in tribu Gad.—בֵּית עֵדֶן urbs regia Syriæ in monte Libano Amos 1, 5.—בֵּית עַזְמָוֶת Neh. 7, 28 et simpl. עַזְמָוֶת ib. 12, 29. Esr. 2, 24 vicus tribûs Judæ vel Benjamin. — בֵּית הָעֵמֶק opp. in tribu Aser Jos. 19, 27. — בֵּית עֲנוֹת opp. tribûs Judæ Jos. 15, 59.—בֵּית עֲנָת opp. Nephtalitarum Jos. 19, 38. Jud. 1, 33.—בֵּית עֵקֶד הָרֹעִים locus propè Samariam 2 Reg. 10, 12, et omisso הָרֹעִים vers. 14.—בֵּית עַרָבָה et בֵּית הָעֲרָבָה opp. in confiniis tribuum Judæ et Benjamin Jos. 15, 6. 18, 22, omisso בֵּית Jos. 18, 18.—בֵּית פֶּלֶת opp. in australibus Judæ Jos. 15, 27.—בֵּית פְּעוֹר urbs Moabitarum Deut. 3, 29. 34, 6. Jos. 13, 20.—בֵּית פַּצֵּץ opp. Issacharit. Jos. 19, 21.—בֵּית צוּר opp. in montanis Judæ Jos. 15, 58 : 2 Par. 11, 7.—בֵּית רְחֹב Jud. 18, 28 : 2 Sam. 10, 6, alibi רְחֹב (nisi fortè *Beth Rechob* regionem denotat, *Rechob* urbem), urbs in tribu Aser sita, Num. 13, 21. Jos. 19, 28, 30. 21, 31 : Jud. 1, 31. Syriæ pars vicina appellatur אֲרַם בֵּית רְחֹב 2 Sam. 10, 6, אֲרַם רְחֹב ib. vers. 8.—בֵּית שְׁאָן Jos. 17, 11, 16, contr. בֵּית שָׁן 1 Sam. 31, 20, 12, et בֵּית שַׁן 2 Sam. 21, 12 urbs Manassitarum, cis Jordanem sita, postcà Scythopolis dicta (LXX Jud. 1, 27).—בֵּית הַשִּׁטָּה opp. ad Jordanem Jud. 7, 22.—בֵּית שֶׁמֶשׁ opp. 1) Levitarum, in limitibus tribuum Judæ et Dan et Philistææ Jos. 15, 10. 21, 16 : 1 Sam. 6. 12, etc. Constr. cum plur. 1 Sam. 6, 13, ubi cives intelligendi. N. gent. בֵּית הַשִּׁמְשִׁי ibid. vers. 14, 18.—2) Nephtalitarum Jos. 19, 38. Jud. 1, 33. — 3) Issacharitarum Jos. 19, 22. — 4) i. q. אֹן Heliopolis Ægypti Jer. 43, 13.—בֵּית תַּפּוּחַ opp. tribûs Judæ. Jos. 15, 53.

בִּיטָן m. constr. בִּיטַן *palatium* Esth. 1, 5. 7, 7, 8.

בכא i. q. בָּכָה *flevit*, *lacrymavit*. Hinc :

בָּכָא m. 1) *fletus* Ps. 84, 7 : עֵמֶק הַבָּכָא *vallis fletûs* i. e. infortunii, sec. omnes vet. interpr. sed aliis est n. pr.—2) pl. בְּכָאִים 2 Sam. 5, 23. 24. 1 Par. 14, 13, 14, arbor quæ, auctore Celsio, eadem est ac arab. *Bacâ*, arbor prope Meccam et in locis vicinis crescens, temperamento calida et sicca; sed cum ejus folium resecatur, lacryma quædam indè destillat alba, calida et acris.

בָּכָה part. act. בֹּכֶה, f. בֹּכִיָּה; inf. abs. בָּכוֹ et בָּכֹה, constr. בְּכוֹת; fut. יִבְכֶּה, conv. וַיִּבְךְ, pl. cum ן parag. in pausâ יִבְכְּיוּן; pr. i. q. בָּכָא *stillavit, guttatim fluxit*; hinc *flevit*, Gen. 43, 30 : 2 Sam. 19, 2. Esr. 10, 1. Sq. acc. *deflevit*, *luxit* aliquem, maxime mortuum. Gen. 23, 2. 37, 35. 50, 3, it. sq. עַל Jud. 11, 37. Thren. 1, 16, אֶל 2 Sam. 1, 24. Eze. 27, 31 et לְ Jer. 22, 10. Job 30, 25. Sq. עַל præterea est *lamentando adiit* aliquem Num. 11, 13. Jud. 14, 16; et *flevit super* aliquo i. e. in amplexu ejus, Gen. 45, 15. 50, 1.

Niph. part. pl. constr. נִבְכֵי Job

38, 16, quod quidam huc referunt, vide sub נבך.

Pih. part. f. מְבַכָּה, pl. מְבַכּוֹת; *vehementer de flevit, luxit* mortuum cum acc. Jer 31, 15. Eze. 8, 14. — Deriv. בְּכִית, בְּכִי, בָּכוּת, בֶּכֶה.

בֶּכֶה m. *fletus* Esr. 10, 1.

בְּכוֹר m. pl. constr. בְּכוֹרֵי; *primogenitus* tam hominum Gen. 25, 13. 35, 23, quam brutorum Ex. 11, 5. 12, 29. 13, 15. Hinc metaph. de *quâlibet re* in suo genere *præcipuâ* et *primariâ*. Job 18, 13: בְּכוֹר מָוֶת *mortis* filius *primogenitus* i. e. *maximus inter morbos letiferos;* ut apud Arabes *filiæ fati* seu *mortis*, sunt *febres mortiferæ*. Vulgat. *primogenita mors*, forsitan *præcocem* et *præmaturam* intellexit. Jes. 14, 30: בְּכוֹרֵי דַלִּים *primogeniti tenuium*, i. e. forsan *pauperrimi*. — Rad. בָּכַר.

בְּכוֹר m., suff. f. בְּכוֹרָהּ Jes. 28, 4. (sed forsan legendum בְּכוּרָה quod vide paulò inferius); plur. בְּכֹרִים, בִּכּוּרִים *primitiæ* fructuum frugumque Num. 13, 20, maximè de primitiis Deo dofferenis Ex. 23, 19. Lev. 2, 14. 23, 17. Neh. 10, 36, etc.

בְּכֹרָה, בְּכוֹרָה f. suff. בְּכֹרָתוֹ, pl. בְּכֹרוֹת 1) *primogenita, primogenitum*, de hominibus Neh. 10, 37, de fœtu bestiarum Gen. 4, 4. Deut. 12, 6, 17. 14, 23. — 2) *primogenitura* Gen. 43, 33 (Opp. צְעִירָה). מִשְׁפַּט הַבְּכוֹרָה *jus primogenituræ* seu natu maximorum Deut. 21, 17. De eodem ellipt. בְּכוֹרָה Gen. 25, 31, 34. 27, 36.

בִּכּוּרָה f. *ficus præcox* et propterea in deliciis habita Mich. 7, 1. Hos. 9, 10, et Jes. 28, 4 (ubi tamen cod. communiter legunt cum editt. בְּכוּרָה sed suffixo languente). Mauri hodiè eam vocant *Bokkora*, et Hispani *Albacora*, quibus idem est ac *breva*, alia prorsus atque ficus vulgaris *higo* dicta.

בַּכּוּרָה fem. plur. בַּכּוּרוֹת id. Jer. 24, 2.

בְּכוֹרַת n. pr. viri 1 Sam. 9, 1.

בָּכוּת f. *fletus, luctus* Gen. 35, 8. — Rad. בָּכָה.

בְּכִי m. in pausâ בֶּכִי; suff. בְּכִיי; 1) *fletus* Gen. 45, 2. Jes. 15, 3, etc. — 2) *fluxus, stillatio* aquæ in metallifodinis Job 28, 11. — Rad. בָּכָה.

בְּכִים n. pr. loci Jud. 2, 1, 5.

בְּכִירָה f. *primogenita* Gen. 19, 31. 29, 26: 1 Sam. 14, 49. — Rad. בָּכַר.

בְּכִית f. *fletus, luctus* Gen. 50, 4. — Rad. בָּכָה.

בָּכַר rad. in Kal inusit.

Pih. בִּכֵּר, inf. בַּכֵּר, fut. יְבַכֵּר; forsan denomin. à בְּכוֹר, vel בִּכּוּר; hinc 1) *fructus præcoces tulit* arbor. Eze. 47, 12. — 2) *primogenitum fecit, primogenituræ jus dedit* alicui Deut. 21, 16.

Puh. f. בֻּכַּר; fut. יְבֻכַּר; *primogenitus fuit* Lev. 27, 26.

Hiph. part. f. מַבְכִּירָה *primipara* Jer. 4, 31. — Nomina sunt paulo altius allata, et mox seq. cætera.

בֶּכֶר m. pl. constr. בִּכְרֵי; *camelus juvencus* Jes. 60, 6.

בֶּכֶר n. pr. 1) filii Ephraim Num.

26, 35. N. gent. בַּכְרִי ibid. — 2) filii Benjamin Gen. 46, 21.

בִּכְרָה f. *camela juvenca* Jer. 2, 23.

בְּכֹרוּ n. pr. viri 1 Par. 8, 38. 9, 44.

בִּכְרִי n. pr. viri 2 Sam. 20, 1.

בַּל 1) *nihilum*, *nihil* Ps. 17, 3. — 2) *non* i. q. לֹא, sed poët., sq. præt. Ps. 10, 11. 21, 3 et fut. Ps. 10, 4, 6. 49, 13. Prov. 10, 30. Jes. 26, 14, it *nondum* pro *vix* Jes. 40, 24 (cf. 2 Reg. 20, 4), semel pro בְּבַל = בְּלֹא. Ps. 32, 9: *ne sitis equis similes, freno et capistro coercendis* בַּל קְרוֹב אֵלֶיךָ pr. *in non appropinquando ad te.* — 3) *ne* i. q. אַל sq. futur. Ps. 10, 18. — Rad. בָּלַל.

בֶּל n. pr. numen domesticum idque primarium Babyloniorum Jes. 46, 1. Jer. 50, 2. 51, 44. Juxta quosdam, contract. est ex בְּעַל i. q. בַּעַל.

בַּלְאָדָן n. pr. viri 2 Reg. 20, 12.

בָּלַג in Kal inus. forsan ut in arab. *nituit*, *fulsit* aurora. et *risit*, *hilaris fuit*, à vultu nitido.

Hiph. הֶבְלִיג, fut. יַבְלִיג; 1) *effulgere*, seu *subitò oriri jussit*. Amos 5, 9: הַמַּבְלִיג שֹׁד עַל־עָז *effulgere* seu *subitò oriri jubens vastationem super potentes* i. e. subitò iis immittens, metaphora petita ab aurorâ subitò et velociter se diffundente, cf. Joel 2, 2. — 2) *exhilaravit* scil. vultum, *hilaris factus est* Ps. 39, 14. Job 9, 27. 10, 20. — Deriv. מַבְלִיגִית.

בִּלְגָּה n. pr. viri Neh. 12, 5, 18, sed Neh. 10, 9 בִּלְגַּי scribitur.

בִּלְדַּד n. pr. viri Job 2, 11. 8, 1. 18, 1. 25, 1.

בָּלַהּ in Kal inus. forsan *trepidavit*, *perterritus est* ut בָּהַל.

Pih. בִּלַּהּ *terruit*, ut Syr. בלהי; hinc part. m. pl. מְבַלְּחִים *terrentes* Esr. 4, 4 Chetib. In Keri est usitatius מבהלים — Deriv. בַּלָּהָה.

בָּלָה inf. cum suff. בָּלְתִּי; fut. יִבְלֶה; pr. *cecidit*, *concidit*, *collapsus est* (ut אָבַל, נָבַל q. v.), spec. dr. 1) de *vestibus* usu et vetustate *collapsis* et dilaceratis. Sq. מֵעַל est constructio prægn. pro *detritum decidere* Deut. 8, 4. 29, 4, et absol. Jos. 9, 13. Neh. 9, 21. Translatè de cœlo terrâque Jes. 50, 9. 51, 6. Ps. 102, 27. — 2) de hominibus, qui morbo, senio, curis *marcescunt* Gen. 18, 12. Ps. 32, 3. Job 13, 28. Hinc — 3) *occidit*, *ad nihilum redactus est*, ut constat ex derivatis.

Pih. בִּלָּה, inf. constr. בַּלּוֹת, fut. יְבַלֶּה; 1) *veterascere fecit* Thren. 3, 4, hinc generatim *absumsit*, *consumsit* Ps. 49, 15. Jes. 65, 22. Refertur ad tempus, Job 21, 13: *in felicitate vitam terunt* seu traducunt. — 2) *afflixit*, *vexavit* 1 Par 17, 9. — Deriv. בִּלְתִּי, בְּלִי, בָּלֶה, בַּל, תַּבְלִית, בְּלוּאִים, et comp. בִּלְיַעַל, בִּלְיָמָה, בִּלְעֲדֵי.

בָּלֶה m. adj. f. בָּלָה *usu et vetustate attritus* Jos. 9, 4. 5. Transl. *mulier mœcha* Eze. 23, 43.

בַּלָּהוֹת f. pl. בַּלָּהָה, constr. בַּלְהוֹת; in sing. semel Jes. 17, 14, sæpiùs in pl. 1) *terror*, *terrores* Job 18, 11. 24, 17. etc. — 2) *subita pernicies* Ps. 73, 19. Eze. 26, 21. 27, 36. 28, 19. — Rad. בָּלַהּ.

בִּלְהָה n. pr. 1) mulieris Gen. 30, 3 sq. 35, 22.—2) oppidi Simeonitarum 1 Par. 4, 29, quod alibi בָּלָה (Jos. 19, 3), nec non בַּעֲלָה.

בִּלְהָן n. pr. viror. Gen 36, 27: 1 Par. 7, 10.

בָּלוֹא m. nonnisi in plur. constr. בְּלוֹאֵי Jer. 38, 12 et contr. בְּלוֹיֵ ver. 11. *vestium detritarum panni laceri.* Posterior hæc forma *belovê* efferenda, pr. est à sing. בְּלוֹ pro בְּלוֹו, in aliis codd. tamen (v. J. H. Michaëlis) legitur בְּלוֹיֵי et in editt. בְּלוֹיֵ (ad forman גוֹיֵ, גוֹיֵי) à sing. בְּלוֹי (formæ אֲבוֹי).

בֵּלְטְשַׁאצַּר n. pr. assyrio-babylonicum Danieli datum Dan. 1, 7. 2, 26, etc.

בְּלִי subst. 1) *consumptio*, *interitus* Jes. 38, 17. — 2) *defectus*, *nihil*, hinc adv. negandi i. q. לֹא. Gen. 31, 20. Jes. 14, 6. 32, 10. Hos. 7, 8. 8, 7. Nonnunquam subst. arcte jungitur, ut in unam notionem coalescant, בְּלִי שֵׁם *non-fama* i. e. *infamia* Job 30, 8.—3) pro בִּבְלִי *sine*, nonnisi poët. Job 8, 11. 24, 10. 31, 39, etc. Ps. 59, 5. — Cum Præp. a) בִּבְלִי pr. *in defectu*, i. e. *sine* בִּבְלִי דַעַת *imprudenter* Deut. 4, 42. 19, 4, *inopinatò* Job 35, 16. 36, 12.— b) לִבְלִי id. Job. 38, 41. 41, 25. Jes. 5, 14.—c) מִבְּלִי pr. *propter defectum* i. e. *eò quod non*, *quia non*, sq. infin. Deut. 9, 28. Jes. 5, 13, part. Thren. 1, 4. Nonnunquam Pleon. מִבְּלִי אֵין Ex. 14, 11. 2 Reg. 1, 3, 6, 16.—Est et מִבְּלִי *ita ut non* Deut. 28, 55. Job 6, 6. 18, 15. Sq. part. *ita ut nemo* Jer. 2, 15. 9, 10, cf. Eze. 14, 15. Sq. אֲשֶׁר et pleon. לֹא, *ne* Eccl. 3, 11. — d) עַד בְּלִי *usque ad interitum* i. e. *quamdiù* Ps. 72, 7. Mal. 3, 10. — e) עַל בְּלִי *eò quod non*, sq. præt. Gen. 31, 20.

בְּלִיל m. pr. *mixtum*, spec. *farrago*, pabulum ex pluribus frugum generibus, ut farre, hordeo, viciis aliisque leguminibus constans Jes. 30, 24. Job 6, 5. 24, 6.—Rad. בָּלַל.

בְּלִימָה (comp. ex בְּלִי et מָה) *non quidquam*, *nihil* Job 26, 7.

בְּלִיַּעַל (comp. ex בְּלִי et יַעַל) pr. *inutilitas*, *ignobilitas*; *quod inutile*, *nullius frugis est*. Indè 1) *nequitia*, *vilitas*. Jungitur voc. בַּת, בֶּן־אָדָם, אִישׁ ita ut sit *vir*, *mulier nequam* Deut. 13, 14. Jud. 19, 22: 1 Sam. 1, 16. 25, 17, 25: Hinc דְּבַר בְּלִיַּעַל *res abjecta*, *turpis* Ps. 41, 9. 101, 2. cf. Deuteron. 15, 9. — 2) *pernicies*, *exitium* Nah. 1, 11. Ps. 18, 5: *torrentes exitii me*, id est hostes torrentium instar irruentes. — 3) Ellipt. pro אִישׁ בְּלִיַּעַל *homo nequam* 2 Sam. 23, 6. Job 34, 18, *vastator*, *exitium parans* Nah. 2, 1.

בָּלַל 1 pers. בַּלֹּתִי, part. pass. בָּלוּל, f. בְּלוּלָה, fut. cum ה parag. נָבְלָה pro נָבֹלָה, cum ו conv. וַיָּבָל Jud. 19, 21 in Keri, sed ויבול in Chetib. 1) *perfudit* Lev. 2, 4, 5. 7, 10, 12. 14, 21. Num. 7, 13, 19. Intrans. *perfusus est* Ps. 92, 11. — 2) *confudit* maximè sermonem Gen. 11, 7, 9. — 3) *pabulum præbuit* (denom. à בְּלִיל) Jud. 19, 21.

Hiph. fut. conv. וַנָּבֶל Jes. 64, 5, vid. בָּנַל.

Hithpo. fut. in pausâ יִתְבּוֹלָל *immiscebit se* Hos. 7, 8.—Deriv. תֶּבֶל, בְּלִיל. תַּבְלֻל, שַׁבְלוּל.

בָּלַם inf. constr. בְּלוֹם; *constrinxit*, os jumenti capistro Ps. 32, 9.

בָּלַס, undè part. act. Amos 7,14: בּוֹלֵס שִׁקְמִים, LXX. κνίζων συκάμινα. Vulgat. *vellicans sycomoros*. Bochart, Simonis et alii vertunt: *colens ficus* vel *sycomoros*, collat. *balas* quod arab. *ficus*, æthiop. *ficus* et *sycomorus* est; sed, ut animadvertit Eichhorn (ad Lex. Simon.), obstat, quod Nomadum certas sedes non habentium, haud moris est arbores colere.

בָּלַע inf. constr. בְּלֹעַ, et בְּלַע, undè cum suff. בִּלְעִי; fut. יִבְלַע. Vicin. לוּעַ; 1) *deglutivit*, *devoravit* Gen. 41, 7. Ex. 7, 12. Jes. 28, 4. Jer. 51, 34. Jon. 2, 1. Proverbialis est locutio Job 7, 19: *non dimittis me* עַד־בִּלְעִי רֻקִי *dum deglutiam salivam meam* i. e. ne respirandi quidem locum mihi relinquis, ne brevissimum quidem momentum, quo recreer, mihi concedis. Similiter apud Arabes et Persas *absorptio salivæ* dicitur de morâ. — 2) Transl. *absumsit, perdidit* Job 20, 18. Prov. 1, 12. Ps. 124, 3. Tribuitur inanimatis Num. 16, 30 sq. Ps. 69, 16.

Niph. נִבְלַע *perditus est* Hos. 8, 8, spec. de ebriis. Jes. 28, 7: נִבְלְעוּ מִן הַיַּיִן *perditi sunt vino* i. e. vino oppressi, fracti, victi.

Pih. בִּלַּע, inf. בַּלֵּעַ et בַּלַּע; fut. יְבַלֵּעַ et יְבַלַּע; *deglutivit*. Semel ellipt. Num. 4, 20: *neque veniant ad videndum*, כְּבַלַּע *dum deglutitur* sc. saliva i. e. ne unicum quidem temporis momentum. Egregie LXX. ἐξάπινα. Metaph. *devoravit scelus* i. e. totum se replevit sceleribus Prov. 19, 28 (cf. שָׁתָה Job 15, 16). — 2 *perdidit, vastavit, pessumdedit, exitio dedit*, etc. Jes. 49, 19. Hab. 1, 13. Ps. 21, 10. 35, 25: 2 Sam. 20, 19. 20. Thren. 2, 8, it. *dilapidavit* opes Prov. 21, 20; *perdidit* i. e. irritum fecit consilium Jes. 19, 3, cf. Ps. 55, 10; viam alicuius i. e. effecit, ut in exitium rueret Jes. 3, 12.

Puh. part. m. pl. מְבֻלָּעִים; fut. יֻבְלַע; *perditus est, periit*. Jes. 9, 15, *exitium paratum est*, sq. לְ 2 Sam. 17, 16.

Hithpa. fut. f. תִּתְבַּלַּע *absorbetur in se* Ps. 107, 27.

בֶּלַע m. in pausâ בָּלַע; suff. בִּלְעִי; 1) *devoratio*, *res devorata* Jer. 51, 44. — 2) *exitium* Ps. 52, 6. — 3) n. pr. urbis in littore australi maris mortui, etiam צֹעַר dictæ Gen. 14, 2, 8. 19, 20 sq. — 4) n. pr. viror. Gen. 36, 32: 46, 21. 1 Par. 5, 8.

בִּלְעֲדֵי; suff. בִּלְעָדַי, בִּלְעָדֶיךָ (comp. ex בַּל *non*, et עַד, עֲדֵי *usque ad*) 1) pr. *non usque ad*, *nihil ad*, declinantis deprecantisque particula. Gen. 14, 24: *nihil ad me scil.* perveniat, nihil mihi vindico. 41, 16: *non ad me*, scil. pertinet.—2) *sine* Gen. 14, 24: *sine te* i. e. te inscio et invito *nemo tollet manum suam*. — 3) *præter*. Jes. 45, 6. Ellipt. pro אֲשֶׁר בִּלְעֲדֵי *præter id quod*. Job 34, 32: בִּלְעֲדֵי אֶחֱזֶה אַתָּה הוֹרֵנִי (si quæ

peccavi) *præter ea quæ video* scio, *tu* hæc *indica mihi.*

בַּלְעֲדֵי id. Ubique cum מִן מִבַּלְעֲדֵי : 1) *sine.* Jes. 36, 10 : *num sine Deo* i. e. Deo invito nec annuente *ascendi in hanc terram?* Jerem. 44, 19.—2) *præter.* Num. 5, 20. Jes. 43, 11. Ps. 18, 32.

בִּלְעָם n. pr. 1) viri. Num. 22-24. Deut. 23, 5, 6. Jos. 13, 22. 24, 9. Mich. 6, 5. LXX Βαλαάμ.—2) oppidi Manassitarum trans Jordanem 1 Par. 6, 55, alibi יִבְלְעָם dicti Jos. 17, 11. Jud. 1, 27 : 2 Reg. 9, 27.

בָּלַק, part.act. cum suff. f. בּוֹלַקְתָּהּ; *evacuavit, exinanivit* Jes. 24, 1.

Puh. partic. f. מְבֻלָּקָה *exinanita* Nah. 2, 11.

בָּלָק n. pr. viri Num. 22, 2 sq. Jos. 24, 9. Jud. 11, 25. Mich. 6, 5.

בִּלְאֲשַׁצַּר et בִּלְשַׁאצַר n. pr. ultimi Chaldæorum regis, LXX. Βαλτάσαρ. Dan. 5, 12, etc. 7, 1. 8, 1.

בִּלְשָׁן n. pr. viri Esr. 2, 2. Neh. 7, 7.

בֶּלֶת vel בֶּלֶת nom. inus. à rad. בָּלָה (formæ כֶּסֶת à כָּסָה) pr. *nihilum, redactio ad nihilum* i. q. בַּל, בְּלִי, undè cum Iod paragog.

בִּלְתִּי 1) adv. *non* i. q. לֹא 1 Sam. 20, 26. — 2) præp. pro בִּבְלְתִּי *sine* Jes. 14, 6, *præter* (ubi antecessit negatio) Gen. 21, 26. Ex. 22, 19. Num. 11, 6. 32, 12. cum suff. בִּלְתִּי *præter me* Hos. 13, 4. Jes. 10, 4. בִּלְתֶּךָ *præter te* 1 Samar. 2, 2.—3) conjunct. pro בִּלְתִּי אֲשֶׁר *præterquàm quòd* Dan 11, 18; *nisi quòd* Gen. 43, 3. Plenius dicitur בִּלְתִּי אִם *nisi quòd* Amos 3, 4, et simpl. *nisi* Gen. 47, 18. Jud. 7, 14. — Cum præfix. לִבְלְתִּי sq. infin. valet *quòd non* Jud. 8, 1. *ut non, ita ut non*, Ex. 8, 25. 9, 17. Num. 9, 7. Jer. 16, 12. *ne* Gen. 3, 11, 38, 9 : 2 Reg. 12, 9. semel pleon. לְבִלְתִּי לְ 2 Reg. 23, 10, et ter לִבְלְתִּי sq. verbo finito pro לְבִלְתִּי אֲשֶׁר Jer. 23, 14. 27, 18. Eze. 13, 3.—מִבְּלְתִּי *quòd non, quia non*, sq. Inf. Num. 14, 16, nomine verbali Eze. 16, 28. — עַד בִּלְתִּי *usque dùm non, donec non*, sq. præt. Num. 21, 35. Deut. 3, 3. Jos. 8, 22. 10, 33, it. *quamdiù* Job 14, 12. Cf. עַד בְּלִי.

בָּמָה f. cum ה loc. בָּמָתָה; pl. בָּמוֹת, et adjecto altero plur. numeri signo בָּמוֹתַי, undè constr. בָּמוֹתֵי (cf. רַאֲשׁוֹתֵי 1 Sam. 26, 12); suff. בָּמוֹתַי; quæ tamen quibusdam sunt à sing. בָּמוֹת (formæ אָחוֹת) immediatè deducta. Est quidem construct. בָּמוֹתֵי Deut. 32, 13. Jes. 58, 14. Mich. 1, 3 in Chetib', sed in Keri בָּמָתֵי et ita in textu Job 9, 8. Jes. 14, 14. Amos 4, 13.—1) *locus excelsus, editus*, generale voc. montes clivosque comprehendens, 2 Sam. 1, 19. 25. בָּמוֹת אַרְנוֹן *montes ad Arnonem* Num. 21, 28. — 2) *arx, castellum* in monte structum. Ps. 18, 34 : *in arcibus meis constituit me* i. e. tutum me præstitit. רָכַב דֶּרֶךְ עַל־בָּמֳתֵי אֶרֶץ *vectus est, incessit super arces terræ* poet. i. e. ut victor et triumphator, celsissimas arces conscendit, omnia sub pedibus subjecta habuit Deut. 32, 13. 33, 29. Jes. 58, 14. Amos 4, 13. Mich.

1, et translatè Job 9, 8 *super arces maris*, et Jes. 14, 14 *super arces nubium*, de Deo summo mundi rectore.—3) *delubrum, sacellum* in collibus montibusque erectum, cultûs causâ, sive liciti ut 1 Reg. 3, 2, 3, sive illiciti ut 1 Reg. 11, 7 : 2 Par. 17, 6, etc. Probabiliter hæc sacella tentoria erant aulæis ornata (Eze. 16, 16), cf. 2 Reg. 23, 7. Amos 5, 26, cujus generis tabernacula etiam Pœnos veteresque Slavos habuisse constat (Diod. 20, 25.)—4) Fortassè *tumulus sepulcralis*, gr. βωμός. Eze. 43, 7, cf. vers. 8 et intpp. ad Jes. 53, 9, cui loco hæc significatio commodè adhiberi potest.—Rad. בוּם juxta quosdam, sed probabilius est vocab. exoticum.

בְּמֹהָל n. pr. viri 1 Par. 7, 33.

בְּמוֹ vide מוֹ.

בָּמוֹת Num. 21, 19, pleniùs בָּמוֹת בַּעַל 22, 41. Jos. 13, 17 n. pr. oppidi in ditione Moabitarum, ad Arnonem fluvium siti.

בֶּן est Jos. 22, 25 : 1 Sam. 4, 17, 23 pro בֵּין q. v.

בֵּן m. constr. בֶּן־ (cum præf. כְּ, בְּ, לְ sine Makkeph) rarò בֵּן Prov. 30, 1. Deuter. 25, 2 Jon. 4. 10 et ubicunque sequitur n. pr. נוּן; semel בְּנֵי (sicut אֲבִי) Gen. 49, 11 et בְּנוֹ Num. 24, 3. 15; suff. בְּנוֹ, בֵּינְךָ, in pausâ בִּנְךָ; pl. בָּנִים (quasi à sing. בָּן); constr. בְּנֵי; suff. בָּנָיו, בָּנַיִךְ et in pausâ בָּנֶיךָ primaria significatio est *filius*. Plural. בָּנִים nonnunquàm de de utriusque sexûs *liberis* Gen. 3, 16. 21, 7. 30, 1. 31, 17. 32, 12. Deut. 4, 10, quanquàm crebriùs plenè dicitur בָּנִים וּבָנוֹת Gen. 5, 4, 7, 10, 13. 11, 11 sq. In sing. communis generis vestigium habes in בֶּן־זָכָר (rectiùs בֵּן זָכָר) *filius masculus* Jer. 20, 15, υἱὸς ἄῤῥην Apoc. 12, 5. Sed significatio latiùs patet; dicitur enim—1) de *nepote* Gen. 29, 5. Esr. 5, 1 cf. Zach. 1, 1. Plur. בָּנִים *nepotes* Gen. 32, 1 (31, 55). 31, 28 (quanquàm, ubi major est sermonis accuratio, *nepotes* dicuntur בְּנֵי בָנִים. Ex. 34, 7. Prov. 13, 22. 17, 6), it. *posteri*, ut בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Israelitæ*, בְּנֵי יְהוּדָה, בְּנֵי לֵוִי *Judæi, Levitæ*, בְּנֵי עַמּוֹן *Ammonitæ*, etc. —2) de *puero*, *juvene* ut gr. παῖς. Cant. 2, 3. Prov. 7, 7.—3) de *subjecto*, regi dominoque quasi patri obsequium præstante 2 Reg. 16, 7. Hinc metaph. *filius mortis* est morti destinatus et quasi in dominium traditus. 1 Sam. 20, 31 : 2 Sam. 12, 5, *filius plagarum* i. q. plagis damnatus Deut. 25, 2.—4) de *alumno* qui filii instar educatur Ex. 2, 10, cf. Act. 7, 21, et de *discipulo*, quatenus doctores parentum cultu et observantiâ prosequi *patris*que nomine ornare solebant. Hinc *filii prophetarum* pro *discipulis prophetarum* ipsorumque prophetarum collegiis 1 Reg. 20, 35 : 2 Reg. 2, 3, 5, 7. 4, 38, etc. Eodem pertinet, quod in Proverbiis auctor lectorem *filium* compellat Prov. 2, 1, etc. — 5) de *alumno, incolâ* loci, sic *filii Sion*, sunt ejus incolæ Ps. 149, 2, *filii Orientis*, i. e. orientales Jes. 11, 14.

De brutis Deut. 32, 14: *arietes*, *filii Basan*. Transfertur etiam ad res, quæ in aliquo loco continentur, ut *filii pharetræ*, de sagittis Thren. 3, 13.—6) Sq. genit. temporis, *personam rem ve* designat, vel *eo tempore natam ortamque*, vel *hujus temporis alumnam* i. e. quæ hoc temporis spatium transegit. Sic *filius senectutis ejus* id est in senectute ejus genitus Gen. 37, 3, *filius juventutis ejus* à patre juvene genitus Ps. 127, 4, *filii orbitatis* matre orbâ i. e. in exilio nati Jes. 49, 20; *filius quingentorum annorum*, i. e. quingentos annos natus Gen. 5, 32, etc.—7) Sq. genitivo virtutem, vitium, vitæve conditionem significante, *hominem* notat *illius virtutis vitiive* quasi *alumnum*, *iis imbutum*, vel *in tali conditione adultum*, velut בֶּן־חַיִל *filius roboris*; heros, bellator, בֶּן־בְּלִיַּעַל *filius nequitiæ*, homo nequam, בֶּן־עָנִי i. q. עָנָו *miser* Prov. 31, 5, etc. In aliis hujus generis locutionibus figuratis et poëticis, *filius* alicujus rei vocatur, qui ei similis est, veluti *filii fulguris*, de avibus fulguris æmulis Job 5, 7; vel ex eâ pendet, veluti *filii arcûs*, de sagittis Job 41, 20; vel quâcunque necessitudine eum eâ conjunctus est, ut *filii olei*, oleo delibuti, uncti Zach. 14, *filius olei* (s. *pinguedinis*), pinguis, fertilis, etc. Cf. אִישׁ, אָב, בַּעַל.—8) plur. *filii*. Sq. nomine *Dei* tribuitur a) *angelis* Ps. 29, 1. Job 1, 6. 2, 1. 38, 7, etc. b) *hominibus Deum piè colentibus* Ps. 73, 15. Prov. 14, 26. Deuter. 14, 1, spec. Israëlitis, quanquam filiis interdum ingratis Jes. 1, 2. 30, 1, 9. 43, 6. Jer. 3, 14. 19. Hos. 2, 1. In sing. Israël *Dei filius* vocatur Ex. 4, 22. 23. Hos. 11. Sed Ps. 2, 7. *filius Dei*, est Messias, quem Jehova parens ab æterno genuit, vid. יָלַד.—9) de *fœtu bestiarum* Gen. 49, 11. Lev. 12, 6. Ps. 147, 9, etc. Quoad Gen. 49, 22, בֵּן פֹּרָת v. פֹּרָת.—10) n. pr. viri 1 Par. 15, 18. Alia nomm. propria compos. sunt: — בֶּן־אוֹנִי n. propr. Benjamino à matre impositum Gen. 35, 18.—בֶּן־חֲדַד n. pr. trium regum Syriæ Damascenæ, quorum primus memoratur 1 Reg. 15, 20 sq. et 2 Par. 16, 2 sq.: alter, 1 Reg. 20, 1 sq.: 2 Reg. 6, 24 sq. 8, 7: tertius 2 Reg. 13—*Palatia Benhadad* id est Damascena Jer. 49, 27. Am. 1, 4.—בֶּן־חַיִל n. pr. viri 2 Par. 17, 7.—בֶּן־חָנִין n. pr. viri 1 Par. 4, 20.—בֶּן־יָמִין n. pr. viror. 1 Par. 7, 10. Esr. 10, 32. Nehem. 3, 23. Ubi Benjamin patriarcha intelligitur, hoc voeab. semper (except. Sam. 9, 1 Chethib) junctim scribitur בִּנְיָמִין, q. v.—בְּנֵי־בְרַק n. pr. oppidi tribûs Dan. Jos. 19, 45.—בְּנֵי יַעֲקָן v. in בְּאֵרוֹת.—Rad. בָּנָה.

בָּנָה, inf. abs. בָּנֹה, constr. בְּנוֹת, cum suff. בְּנֹתֵיךְ Eze. 16, 31, irreg. pro בְּנֹתָיִךְ; imp. בְּנֵה; fut. יִבְנֶה, cum conv. וַיִּבֶן et sexies וַיִּבֶן; 1) *ædificavit*, *exstruxit*, veluti domum, templum, urbem, mœnia, munimenta, etc. Gen. 8, 20. Jer. 7, 31, Eze. 27, 5. Metaph. *Sedem fixam concessit*, *res prosperas fecit* alicui Jer. 24, 6.

33, 7. 42, 10. Materia ex quâ quid exstruitur, ponitur plerumquè in accus. Ex. 20, 22. Deuter. 27, 6: 1 Reg. 15, 22, cum בְּ materiæ est *munire* et *mœnibus cingere* 1 Reg. 6, 15. 16, 24; cum בְּ rei exstruendæ, *occupari in exstruendo* aliquo ædificio, Zach. 6, 15. Neh. 4, 4, 11. Sq. עַל, *obstruxit*. Thren. 3, 5: *obstruxit me* (Deus) i. e. viam undique præclusit, ut egredi nequeam, cf. גָּדַר vers. 7, 9.—Transl. *finxit* hominem Gen. 2, 22.—2) *restituit, instauravit* domum urbemque vastatam Jos. 6, 26: 1 Reg. 16, 34. Amos 9, 14. Ps. 122, 3.—3) 2 Reg. 14, 22. בָּנָה בַּיִת לְ *domum alicui ædificavit* i. e. prolem et sobolem ei dedit (v. בַּיִת n° 8 et mox Niph. n° 3).

Niph. נִבְנָה; part. נִבְנֶה; inf. הִבָּנֹת; fut. יִבָּנֶה—1) *ædificatus est* Num. 13, 22. Deut. 13, 17, cum acc. materiæ 1 Reg. 6, 7. Metaphor. *sede stabili rebusque secundis auctus est* Jer. 12, 16. Mal. 3, 15. Job 22, 23.—2) *instauratus est* Jes. 44, 28.—3) denomin. à בֵּן, *sobole aucta est* mulier, *liberi progeniti sunt ei*. Gen. 16, 2. 30, 3. Genes. 16, 2: אִבָּנֶה מִמֶּנָּה *ædificabor per illam* i. e. hujus ancillæ ope liberos habebo, in sequiore germanismo diceres: ich werde durch sie bekindert werden.—Deriv. בֵּן, בַּת, תַּבְנִית, מִבְנֶה, בִּנְיָן, בִּנְיָה.

בִּנּוּי n. pr. viror. Esr. 10, 30, 38. Neh. 3, 24, 7, 15, etc.

בָּנוֹת *filiæ*, vid. בַּת.

בָּנִי n. pr. viror. 2 Sam. 23, 36: 1 Par. 6, 31. Esr. 10, 26. Neh. 3, 17, etc.

בֻּנִּי n. pr. viri Neh. 9, 4. 10, 16.

בְּנָיָהוּ n. pr. viror. 2 Sam. 8, 18. 23, 30. Eze. 11, 1, 13: 1 Par. 15, 24. 27, 34: 2 Par. 31, 13, etc.

בִּנְיָה f. *ædificium*. Eze. 41, 13. Cf. בִּנְיָן.—Rad. בָּנָה.

בִּנְיָמִין n. pr.—1) *Benjamin* patriarchæ, filii Jacob natu minimi, Gen. 35, 18, etc.—2) tribûs ab eo oriundæ Jos. 18, 28. Jud. 19, 14, etc.—Nom. gent. בֶּן־יְמִינִי 1 Sam. 9. Ps. 7, 1, et בֶּן־הַיְמִינִי Jud. 3, 15: 2 Sam. 16, 11. Plur. בְּנֵי יְמִינִי Jud. 19, 16. Ellipt. dicitur אִישׁ יְמִינִי pro אִישׁ בֶּן־יְמִינִי 1 Sam. 9, 1: 2 Sam. 20, 1 et אֶרֶץ יְמִינִי 1 Sam. 9, 4.

בִּנְיָן m. 1) *ædificium* Eze. 41, 12.—2) *murus* Eze. 40, 5.—Rad. בָּנָה.

בְּנִינוּ n. pr. viri Neh. 10, 14.

בִּנְעָא n. pr. viri 1 Par. 9. 43. et בִּנְעָה 8, 37.

בְּסוֹרְיָה n. pr viri Neh. 3, 6.

בֵּסַי n. pr. viri Esr. 2, 49. Neh. 7, 52.

בסס rad. spuria, v. בוס.

בֵּסֶר m. suff. בִּסְרוֹ; *uva acida et immatura* Job 15, 33.

בֹּסֶר m. id. Jes. 18, 5. Jer. 31, 29. 30. Eze. 18, 2.

בְּעַד et בַּעַד suff. בַּעֲדִי et בַּעֲדֵנִי Ps. 139, 11, בַּעַדְךָ, בַּעֲדוֹ, in pausâ בַּעֲדֶךָ, בַּעֲדוֹ, בַּעֲדֵנוּ, et בַּעֲדֵינוּ Amos 9, 10, בַּעֲדָם, בַּעַדְכֶם; pr. subst. sed ex linguæ usu abiit in partic. designans—1) *juxta, propè* 1 Sam. 4, 18. et metaph. *propter* Prov. 6, 26.—2) *pone, post* Gen. 7, 16. Jud. 3, 22. Amos 9, 10, etc. מִבַּעַד לְ i. q. בַּעַד (ut מִתַּחַת לְ i. q. תַּחַת). Cant. 4, 1: *oculi*

tui instar *columbarum* מִבַּעַד לְצַמָּתֵךְ *pone velum tuum* ver. 3. 6, 7. — 3) *circa* Ps. 139, 11. Job 1, 10, 23. Thren. 3, 7.—4) *inter* (duas res) *per* cum verbo veniendi Joel. 2, 9, prospiciendi Gen. 26, 8. Jud. 5, 28.—5) Metaph. *pro* Ex. 8, 24 : 1 Sam. 7, 9 : 2 Sam. 20, 21. Jer. 21, 2, etc. —Rad. בעד.

בְּעֵה, imper.pl. in pausâ בְּעִיוּ (mutat. ה in י); fut. pl. cum ן parag. et et extra pausam תִּבְעִיוּן; 1) pr. *tumefecit, tumentem et ebullientem fecit aquam* (Vicin. נָבַע). Jes. 64, 1 : מַיִם תִּבְעֶה אֵשׁ sicut *ignis aquam efficit ebullientem.* — 2) ut in Chald. et Syr. *quæsivit, petiit, interrogavit* Jes. 21, 12.

Niph. נִבְעֶה; part. נִבְעֶה; 1) *tumefactus est, tumuit*, proptereaque *prominuit, erupit* Jes. 30, 13.—2) *quæsitus est* Obad., 6.—Derivat. בְּעִי et בִּי (pro בְּעִי), ut quidam volunt.

בָּעוֹר n. pr. viror. Gen. 36, 32. 1 Num. 22, 5. Deut. 23, 5 : 1 Par. 1, 43.

בַּעַז 1) viri Ruth 2, 1 sq.—2) columnæ templi Salomonis 1 Reg. 7, 21 : 2 Par. 3, 17.

בָּעַט; fut. יִבְעַט; 1) *calcavit*, hinc *neglexit* 1 Sam. 2, 29.—2) *recalcitravit* Deut. 32, 15. — *Sic vulgò, sed invitâ prorsus in utroque loco orationis serie. Quocircà ubiquè *ingurgitavit se, nimiam pabuli* vel *cibi copiam comedit*, vertere nullus dubito, efflagitante contextu, nec non verbo עָבָה *crassus factus est* pinguedine, quod Deut. loc. cit. occurrit post בָּעַט cui cognatum esse possit*.

בְּעִי m. *preces, precatio.* Job 30, 24 : לֹא בְעִי יִשְׁלַח יָד *nil* valent *preces*, Deus *extendit manum!* et alterum hemistichium sic interpretare : *neque in exitio ejus* i. e. à Deo immisso *iis clamor* prodest.—Rad. בָּעָה.

בְּעִיר m. suff. בְּעִירָהּ, pro בְּעִירוֹ; *pecus* Gen. 45, 17. Ex. 22, 4. Num. 20, 4. Ps. 78, 48.—Rad. בָּעַר.

בָּעַל; fut. יִבְעַל; 1) *dominatus est, possedit* Jes. 26, 13. Sq. ל 1 Par. 4, 22.—2) *uxorem duxit* Deut. 21, 13. 24, 1. Mal. 2, 11. Jes. 62, 5. Part. act. בּוֹעֲלַיִךְ Plur. excellent. *maritus tuus* Jes. 54, 5. Part. pass. f. בְּעוּלָה ibid. 1; constr. בְּעֻלַת בַּעַל *nupta, quæ viro nupsit* Gen. 20, 3. Deuter. 22, 22. Metaph. de terrâ orbâ, nunc incolis denuò repletâ Jes. 62, 4. — Quod spectat Jer. 3, 14. 31, 32, ubi constr. cum בְּ, LXX, Syr. Abulwalides aliique veteres interpretes *fastidivit, rejecit* vertunt. Sed posset tamen *dominandi* notio his quoque locis accommodari.

Niph. fut. f. תִּבָּעֵל *uxor fiet* Prov. 30, 23, metaph. Jes. 62, 4. Indè

בַּעַל m. suff. בַּעֲלִי, בַּעֲלָהּ; plur. בְּעָלִים, constr. בַּעֲלֵי; suff. בְּעָלָיו, בַּעֲלֵיהֶן, בְּעָלֶיהָ; —1) *dominus, possessor* Ex. 22, 7. Jud. 19, 22, Job 31, 39. Jes. 1, 3, etc.—2) *maritus* Ex. 21, 22 : 2 Sam. 11, 26. בַּעַל אִשָּׁה *uxorem habens* Exod. 21, 3. בַּעַל נְעוּרִים *maritus, cui juveni nupsit conjux* Joel 1, 8.—Sequente genitivo urbis, terræ, populique, est *incola, civis* ejus Jos. 24, 11. Jud. 9, 2 : 2 Sam. 21, 12, etc. — Con-

junctum multis substantivis, concretum exprimit denominativum, et possessivum vel quamcumque relationem cum his substantivis. Sic *Dominus causarum* est *litem habens* Ex. 24, 14. *Dominus alæ, cornuum*, id est *alatus, cornutus* Dan. 8, 6. Prov. 1, 17. *Domini sagittarum*, i. e. *sagittarii*, Gen. 49, 23. *Domini fœderis*, i. e. *confœderati* Gen. 14, 13. Neh. 6, 18. *Dominus linguæ*, i. e. *incantator* Eccl. 10, 11.—Eccl. 8, 8 : *scelus non servat dominum suum* id est *scelestum.* 7, 12. Prov. 3 27 : *ne cohibeas beneficium à domino ejus*, i. e. *ab eo* cui debetur, ad quem pertinet, ab egeno.—3) הַבַּעַל, cum præf. לַבַּעַל, בַּבַּעַל; *Baal* id est *Dominus* κατ' ἐξοχήν vocatur idolum Cananitarum (Phœnicum) atque primarium, etiam ab Hebræis, imprimis Samariæ, una cum Astarte magnâ cum regione cultum Jud. 6, 25 sq. 2 Reg. 10, 18 sq. Indè בֵּית הַבַּעַל *templum Baal* 1 Reg. 16, 32, נְבִיאֵי הַבַּעַל *prophetæ Baal* 1 Reg. 18, 22. Pl. הַבְּעָלִים *statuæ Baal* Jud. 2, 11. 3, 7. 8, 33. 10, 10 : 1 Sam. 7, 4. 12, 10, etc. A singulis quibusdam civitatibus ejus cultui deditis, certis epithetis ornabatur, qualia sunt : בַּעַל בְּרִית *fœderum præses et tutor* à Sichemitis cultus Jud. 8, 33. 9, 4 cf. 46 q. d. Ζεὺς ὅρκιος.—b) בַּעַל זְבוּב à Philistæis incolis Accaron cultus, tanquam muscarum averruncus, æquè ac Ζεὺς Ἀπόμυιος, et Myiagrus deus Romanorum. 2 Reg. 1, 2.—c) בַּעַל פְּעֹר v. פְּעֹר.—Præmittitur nom. pr. viror. et oppid. —בַּעַל n. pr. 1) viror. 1 Par. 5, 5. 8, 30. 9, 36.—2) oppidi 1 Par. 4, 33, fort. idem quod בַּעֲלַת בְּאֵר in confiniis Simeonitarum Jos. 19, 8.—בַּעַל גָּד oppid. in radicibus Hermonis circa fontes et ad ortum Jordanis situm, prob. i. q. בַּעַל חֶרְמוֹן, juxta Gesenium, quem vide in Thes. p. 225. —בַּעַל הָמוֹן Cant. 8, 11. Oppidum Βελαμών (LXX Βαλαμών) in Samaria situm memoratur Judith 8, 3.—בַּעַל חָנָן n. pr. viror. Gen. 36, 38 : 1 Par. 1, 49. 27, 28.—בַּעַל חָצוֹר opp. vicusve juxta tribum Ephraïm 2 Sam. 13, 23, fortassè i. q. חֲצוֹר Neh. 11, 33 in tribu Benjamin.—בַּעַל חֶרְמוֹן oppid. cum monte vicino ad radices Hermon 1 Par. 5, 23. Jud. 3, 3.—בֵּית בַּעַל מְעוֹן v. בַּעַל מְעוֹן p. 92.—בַּעַל פְּרָצִים locus vicusve in vicinia vallis Rephraïm 2 Sam. 5, 20 : 1 Par. 14, 11, cf. Jes. 28, 21.—בַּעַל צְפוֹן oppid. Ægypti in vicinia maris Rubri Ex. 14, 2. 9. Numer. 33, 7.—בַּעַל שָׁלִשָׁה 2 Reg. 4, 42 opp., probab. in regione שָׁלִשָׁה, montanis Ephraïm vicina (1 Sam. 9, 4).—בַּעַל תָּמָר n. propr. loci cujusdam Jud. 20, 33.—בַּעֲלֵי יְהוּדָה 2 Sam. 6, 2 oppid. quod alibi קִרְיַת יְעָרִים et בַּעֲלָה vocatur, cf. 1 Paral. 13, 6, vid. בַּעֲלָה no. 2.

בַּעֲלָה f. constr. בַּעֲלַת; 1) *domina* 1 Reg. 17, 17. Metaph. *aliquâ re prædita, pollens*, בַּעֲלַת־אוֹב *necromantiæ perita*, בַּעֲלַת כְּשָׁפִים *præstigiatrix* Nah. 3, 4.—2) n. pr. duarum urbium, quarum altera a) in septentrionali parte tribus Judæ sita (Jos. 15, 9 : 1 Par. 13, 6) etiam קִרְיַת יְעָרִים, בַּעֲלֵי יְהוּדָה

et קִרְיַת־בַּעַל dicta est et monti *Baala* (Jos. 15, 11) in cădem regione, sed mari propius sito nomen dedisse videtur : b) altera in ejusdem tribûs regione australi sita erat Jos. 15, 29, et eadem videtur, quæ alibi בָּלָה Jos. 19, 3 et בִּלְהָה 1 Paral. 4, 29 dicta, Simeonitis tribuitur.

בְּעָלוֹת n. pr. oppidi in australibus Judæ Jos. 15, 24, diversi forsan à בַּעֲלָה ver. 9, 29.

בְּעַלְיָדָע n. pr. viri 1 Par. 14, 7, qui 2 Sam. 5, 16 אֱלְיָדָע vocatur.

בְּעַלְיָה n. pr. viri 1 Par. 12, 5.

בַּעֲלִיס n. pr. regis Ammonitarum Jer. 40, 14. Nonnulli codd. suffragante Josepho (Arch. IX, 3) habent בעלים

בַּעֲלָת n. pr. oppid. tribûs Dan Jos. 19, 44 : 1 Reg. 9, 18 : 2 Par. 8, 6.

בַּעֲלַת־בְּאֵר vide בַּעַל n. pr. viror.

בַּעֲנָא n. pr. viror. 1 Reg. 4, 12, 16. Neh. 3, 4.

בַּעֲנָה n. pr. viror. 2 Sam. 4, 2. 23, 29 : 1 Par. 11, 30. Esr. 2, 2. Neh. 7, 7. 10, 28.

בָּעַר, fut. יִבְעַר 1) pr. *depavit*, *absumsit*, in genere ;—2) spec. *igne consumsit* (cf. אָכַל no. 2), *combussit* Ps. 83, 15, plerumque sq. בְּ, sed tunc notionem *grassandi* prægnanter includit Num. 11, 3. Ps. 106, 18. Job 1, 16. Jes. 42, 25. Jer. 44, 6. Thren. 2, 3, it. *accendit* Jes. 30, 33. Alibi intrans. *igne absumtus est*. Ex. 3, 3. Jes. 1, 31. 9, 17. *arsit*, ut ignis Jer. 20, 9, pix Jes. 34, 9, carbo Eze. 1, 13, translatè ira Jes. 30, 27. Ps. 79, 5. 89, 47. *accensus est*. Hos. 7, 4 : *sicut furnus* בְּעֵרָה מֵאֹפֶה *accensus à pistore* it. *extarsit* carbo Ps. 18, 9, et metaph. ira Ps. 2, 12. Esth. 1, 12. —3) (denom. à בְּעִיר) *brutus fuit*. Jer. 10, 8. Part. בּוֹעֲרִים homines *bruti* Ps. 94, 8, *feroces* Eze. 21, 36.

10, *quia* Ps. 60, 12. Jes. 39, 1, *siquidem* Jud. 16, 15. Ps. 65, 10, *quòd* post verba videndi, sciendi Gen. 47, 6, *ita ut* Num. 23, 19. — f) concessiv. *etsi, quamvis* Eze. 14, 18. Mal. 2, 14 — 2) adverbia a) ordinis *præterea, insuper* Gen. 1, 29, *iterùm* Zach. 2. 5, *denique, tandem* Lev. 4, 12. — b) negandi post aliam negationem *neque* Ex. 20, 4. — c) similitudinis *sicut, ut* Prov. 25, 25. Job 5, 7. — 3) præposit. *cum, unà cum* Ruth 1, 6. — 4) particul. explicativ. *isque, nempè, inquam, idest* Gen. 9, 11 : 1 Sam. 28, 3. 17, 40. Ps. 68, 10. — 5) Apodosin incipit, ubi per *tunc*, german. *so, da, dann*, gall. *dans ce cas, cela posé* Gen. 3, 5, etc. Sæpè præcedit אִם Jud. 4, 18. Ps. 78, 34. — Nonnunquàm ope ו connectuntur nomina, quorum alterum ex primo, utpote regente pendet, ut Job 10, 17 : *successiones et agmen*, pro *agmina sibi continuò succedentia*. 2 Par. 16, 14. Sed perrara sunt hujus figuræ hendiadeos (ἓν διὰ δυοῖν), ut vocant, exempla. Itaque huc non placet referre Gen. 1, 14, 3, 16.

וַ, sed ו ante gutturales futuris præfixum his imperfecti vim tribuit, seu fut. in imperf. vertit, et propterea *Vav conversivum* nuncupatur. Ortum est ex verbo substant. הָוָה, sed vid. grammatic. Unum solummodò hîc notandum volumus, nempè Vav convers. creberrimè includere etiam copulativum, adeò ut וַיֹּאמֶר *et dicebat*, sit pro וַיֹּאמֶר quod nunquàm occurrit, et propterea semper ab initio sententiarum poni; non tamen ubique; reperitur enim futur. convers. etiam ab initio integrorum librorum, ubi nulla prorsus intercedit conjunctio cum antecedentibus, ut Ruth 1, 1. Esth. 1, 1. Equidem Ex. 1, 1 : 1 Reg. 1, 1. Esra. 1, 1 Vav copulativum ab initio est, sed in his continuantur antecedentium librorum historiæ.

וְדָן n. pr. loci in Arabiâ Eze. 27, 19.

וָהֵב Num. 21, 14. n. pr. loci est juxta quosdam. Nonnulli codices vocabula את והב conjunctim referunt אֶתְוָאֵב (ut jam Kimchi in veteribus manuscriptis legerat), quod esset aram. Ethpah. verbi יהב, undè vertendum *Deus dedit se in turbine*.

וְו m. undè pl. וָוִים, constr. וְוֵי, suff. וְוֵיהֶם; *clavus, uncinus, paxillus*. Legitur tantummodò in libro Ex. cap. 26. 27. 36. 38 ubi dicitur de clavis, ex quibus tentorii sacri vela suspendebantur. — Etymon latet.

וֵזֶר m. *criminibus prægravatus* Prov. 21, 8, ubi sensus est forsan : *vir sceleratus vias tenet contortas, perversus*. De quo vid. Schultens in Comment. ad hunc locum; sed vulgò ו ut copulat. habetur. — Rad. וזר in arab. *portavit onus*, et metaphor. *crimine onustus fuit*.

וַיזָתָא n. pr. viri Esth. 9, 9.

וֶלֶד m. *proles* Gen. 11, 30.

וֶלֶד m. in pausâ וָלָד id. 2 Sam. 6, 23, sed in Keri יֶלֶד.

וַנְיָה n. pr. viri Esr. 10, 36.

וַפְסִי n. pr. viri Num. 13, 14.

וַשְׁנִי n. pr. viri 1 Par. 6, 13.

וַשְׁתִּי n. pr. mulieris Esth. 1. 9.

ז

ז septima alphabeti littera hebraïcè זַיִן *Zayin* sonans; in numeralibus valet *septem*. — Permutatur intendûm in ץ, ס, et, quod maximè patet ubi aliæ linguæ semiticæ comparantur, in ד.

זְאֵב m. plur. זְאֵבִים, constr. זְאֵבֵי: 1) *lupus* Gen. 29, 47. Jes. 11, 6, etc. זְאֵבֵי עֶרֶב *lupi vespertini*, i. e. vespere noctuque prædæ invigilantes Jer. 5, 6. Soph. 3, 3. — 2) n. pr. viri Jud. 7, 25. 8, 3. Ps. 83, 12. — Rad. זאב.

זֹאת *hæc*, f. pronom. זֶה q. v.

זָבַד *donavit* ut in chald. et syr. Gen. 30, 20. — Deriv. seq.

זֵבֶד m. *donum* Gen. 30, 20.

זָבָד n. pr. viror. 1 Par. 2, 36, etc. 2 Par. 24, 26 ubi idem vir, qui 2 Reg. 12, 22 יְהוֹזָבָד legitur.

זַבְדִּי n. pr. viror. Jos. 7, 1 in loco parall. 1 Par. 2, 6 זִמְרִי. Neh. 11, 17, etc.

זַבְדִּיאֵל n. pr. viri Neh. 11, 14.

זַבְדִּיָה n. pr. viror. 1 Par. 8, 15.

זַבְדִּיהוּ n. pr. viror. 1 Par. 26, 2, etc.

זְבוּב m. pl. זְבוּבִים undè constr. זְבוּבֵי; *musca* Jes. 7, 18. Eccl. 10, 1: *muscæ mortis* sunt muscæ mortiferæ, venenosæ. בַּעַל זְבוּב vid. p. 103. — Rad. זבב.

זְבוּד n. pr. viri 1 Reg. 4, 5.

זְבוּדָה n. pr. mulier. 2 Reg. 23, 36, in Keri, sed זְבִידָה in Chethib.

זְבוּל et זְבֻל m. cum ה local. זְבֻלָה; *habitatio*, *domicilium* 1 Reg. 8, 13. Jes. 63, 15. Hab. 3, 11. Ps. 49, 15: 2 Par. 6, 2. — 2) n. pr. viri Jud. 9, 28. — Rad. זָבַל.

זְבוּלוּן, זְבוּלֻן, זְבֻלוּן; n. pr. filii Jacobi; it. tribûs; nom. gent. זְבוּלֹנִי Gen. 30, 21. Jos. 19, 10-16. Num. 26, 27.

זָבַח; part. act. זֹבֵחַ, pl. זֹבְחִים, constr. זֹבְחֵי; infin. constr. זְבֹחַ, cum suff. זָבְחוֹ; imper. זְבַח; fut. יִזְבַּח; cum ה parag. יִזְבְּחָה; 1) *mactavit* in genere Gen. 31, 54: 1 Sam. 28, 24. Eze. 39, 17, etc. — 2) *mactavit ad sacrificium*, *sacrificavit*, *immolavit* 1 Sam. 1, 4. Eze. 16, 20, cum לְ 1 Reg. 8, 63, et לִפְנֵי Lev. 9, 4, nomini Dei vel idolorum præmisso.

Pih. זִבַּח; part. מְזַבֵּחַ, pl. מְזַבְּחִים, fem. מְזַבְּחוֹת; inf. זַבֵּחַ; fut. יְזַבֵּחַ; *sacrificavit* 1 Reg. 12, 32: 2 Reg. 12. 4, Plerumque iterativè usurpatur de sacrificandi consuetudine 1 Reg. 3, 2. 11, 8. Hos. 4, 14, etc. — Deriv. מִזְבֵּחַ et

זֶבַח m. suff. זִבְחִי; plur. זְבָחִים, constr. זִבְחֵי, suff. זִבְחֵינוּ; fem. cum suff. זִבְחֹתָם; 1) pr. *mactatio*, hinc *quod mactatur*, et *epulæ ex mactatis animalibus* Gen. 31, 54. Eze. 39, 17. Prov. 17, 1. — 2) *sacrificium*, *hostia*, *victima*. Opponitur sacrificio incruento (מִנְחָה) 1 Sam. 2, 29. Ps. 40, 7, et holocausto (עוֹלָה) in quo tota victima cremanda erat, quippè de victimâ comedere licebat Ex. 10, 25, etc. — 3) n. pr. viri Jud. 8, 5. Ps. 83, 12.

זַבַּי n. pr. viri Esr. 10, 28. Neh. 3, 20 in Keri forsan mendosa scriptura, pro זַכַּי ut Esr. 2, 9. Neh. 7, 14 legitur.

זְבִידָה vid. זְבוּדָה.

זְבִינָה n. pr. viri Esr. 10, 43.

זָבַל, undè fut. cum suff. יִזְבְּלֵנִי *habitabit me*, i. e. cohabitabit mecum Gen. 30, 20. — Deriv. זְבוּל.

זְבֻלוּן, זְבָל, vid. זְבוּל, זְבוּלוּן.

זֵג m. *pellicula uvæ* Num. 6, 4. — Rad. זגג forsan ut chald. זוּג *clarus, pellucidus fuit;* cf. samar. זגג ut hebr. זָכַךְ *purus fuit*. Cf. etiam זְכוּכִית.

זָד m. pl. זֵדִים pr. *tumidus, inflatus;* hinc *superbus, protervus, impius* Jes. 13, 11. Jer. 43, 2. Ps. 19, 14, etc. — Rad., זוד, זיד.

זְדוֹן m. constr. זְדוֹן; suff. זְדֹנְךָ; *tumor, superbia, protervia* Deut. 17, 12. Jer. 49, 16. 1 Sam. 17, 28, etc. — Rad. זדה id quod זוד.

זֶה m. f. זֹאת, rarius זֹה, זוֹ, semel זֹאתָה Jer. 26, 6 in Chethib; eum artic. הַזֶּה; plur. אֵלֶּה; 1) pron. demonstr. *hic, hæc, hoc* Gen. 3, 1. Mich. 5, 4, etc. Ponitur vel seorsum, vel cum substant. ita quidem ut plerumque, pariter atque adjectiva, substantivum sequatur et articulo munitum sit, ubicumque substantivum hunc sibi præfixum habet, ut הַדָּבָר הַזֶּה *hoc verbum*, בַּיּוֹם הַזֶּה *hoc die*. Alibi זֶה sine articulo æmittitur nomini, vel ubi in pronom. continetur prædicatum propositionis, זֶה הַדָּבָר *hoc* (est) *verbum* Ex. 35, 4. Jud. 4, 14; vel ubi pronom. est cum emphasi demonstrativum Ps. 104, 25: זֶה הַיָּם הַגָּדוֹל (eccc!) *hoc mare magnum*. Sic Jos. 9, 12. Jud. 5, 5. Ps. 48, 15, etc. Nonnunquam contemptim *iste* Ex. 32, 1, 23: 1 Sam. 10, 27. Auget vim pronominum. et adverbior. מִי זֶה *quisnam iste?* Jes. 63, 1. מַה־זֶּה *quidnam, quid tandem?* Gen. 27, 20. אַי זֶה *ubinam?* 1 Sam. 9, 18. Rarò postponitur Gen. 27, 21. Dan. 10, 17. Cæterum refertur ad antecedentia Eccl. 6, 9, sed sæpius ad consequentia Gen. 5, 1. Ex. 30, 13. Ps. 7, 4. Jes. 56, 2, etc. Ita plur. אֵלֶּה quod vid. — Repet. זֶה — זֶה *hic, ille; unus, alter* 1 Reg. 22, 20. Job 1, 16. זֶה אֶל־זֶה *unus ad alterum* Jes. 6, 3. — 2) poët. quandoque ponitur pro אֲשֶׁר ut germ. *der* pro *welcher*, Ps. 104, 8: *ad locum* זֶה יְסַדְתָּ *quem fundasti* Prov. 23, 22. Job 15, 17. Ps. 78, 54. Hinc ut אֲשֶׁר pro plur. usurpatur Job 19, 19. — 3) *hic locus* Gen. 38, 21: בָּזֶה *in hoc loco* Ex. 24, 14. מִזֶּה *hinc* Gen. 37, 17, etc. מִזֶּה וּמִזֶּה *hinc et hinc, utrinquè* Num. 22, 24. Jos. 8, 33, it. *hoc tempus* Esth. 2, 13: בָּזֶה *hoc tempore*. — Quod post Noldium (*Concord. Particul. hebr.*) addunt nonnulli quibus adstipulatur Gesenius, זֶה abire in adverb. loci et temporis, id falsum omninò est, et in cunctis, ad quæ provocant, exemplis vocabulum hebr. nonnisi pronominis demonstrativi officio fungitur, ita quidem in Mich. 5, 4: 1 Reg. 17, 24. Gen. 27, 36. 31, 38, etc.

זָהָב m. constr. זְהַב, semel זֵהַב Gen. 2, 12; suff. זְהָבִי; 1) *aurum* Jos. 7, 21. Ps. 72, 15. Joel 4, 5. Ubi numeri antecedunt, metonym. est *pondus aureum, aureus nummus* Gen. 24, 22: 2 Reg. 5, 5. — 2) metaph. *res fulgens, splendens*, ut cœlum Job 37, 22, vinum Jer. 51, 7, oleum Zach. 4, 12. — Rad. זהב id quod צָהַב *splenduit*.

זָהַם in Kal inusit. Pih. זִהֵם *fastidivit, aversatus est* ut sordidum; hunc sensum commendant tum contextus, tum dialecti chald. syr. arab. Præter. fem. cum suff. זְהֲמַתּוּ לֶחֶם *aversatur eum panem* Job 33, 20, ubi redundat suffix. *eum*, ut sæpè accidit.

זַהַם n. pr. viri 2 Par. 11, 19.

זָהַר in Kal. inus. Sed forsan ut in arab. *splenduit, luxit*, quod affine verbum hebr. צָהַר significare, ex derivatis liquidò patet.

Niph. נִזְהַר; part. נִזְהָר; infin. et imper. הִזָּהֵר; pr. *illustratus est*, hinc metaph. *edoctus, admonitus est* Ps. 19, 12, it. *admonitionem admisit, commonefactus est* Eccl. 4, 13. 12, 12. Eze. 33, 4, 5, 6.

Hiph. יְזַהִיר; infin. הַזְהִיר; fut. יַזְהִיר, 1) *illustravit*, metaph. *docuit* cum dupl. accus. Ex. 18, 20, *edocuit* 2 Chron. 19, 10, *monuit, admonuit* Eze. 33, 3, seq. מִן *dehortatus est* (*détourner de*) Lev. 15, 31. Eze. 3, 18. Sed Eze. 3, 17. 33, 7: הִזְהַרְתָּ אֹתָם מִמֶּנִּי *admoneas eos nomine meo* (*de ma part*). — 2) intrans. *splenduit, fulsit*, propr. *lucem sparsit* Dan. 12, 3. — Indè

זֹהַר m. *splendor* cœli Eze. 8, 2. Dan. 12, 3.

זֹר m. ut זִיו (quod multi libri exhibent) *splendor*, imprimis florum; hinc 1 Reg. 6, 1, 37: *mensis florum* seu *mensis secundus* Hebr. à novilunio Maii ad Junii novilunium (secundum Rabb. à novil. Aprilis ad novil. Maii). — Forsan זִיו est pro זְהִיו à Rad. זהה, collat. syr. זהא *superbivit* Ethpah. *splendidus, nitidus factus est*, et arab. verb. زَهَا pro زَهَرَ *nituit, pulcher fuit*, it. nomen زَهْرٌ *nitor, pulchritudo* maximè florum, *flos* ipse.

זוֹ pronomen vid. זֶה.

זוּ c. ut זֶה et זֹאת; 1) pron. demonstr. *hic, hæc, hoc* Ps. 12, 2. Hos. 7, 16. Hab. 1, 11. — 2) sæpius pro אֲשֶׁר nullo generis et numeri discrimine habito Ex. 15, 13. Jes. 43, 21. Ps. 9, 16. 10, 2. 17, 9.

זוּב; part. act. זָב, f. זָבָה, constr. זָבַת; fut. יָזוּב, plur. יָזֻבוּ; 1) *fluere* de aquâ Jes. 48, 21. Ps. 78, 20, de fluxu seminis virilis seu gonorrhææ et sanguinis feminarum menstrui Lev. 15, 2, 25. Metonym. de rebus et personis, in quibus aliquid fluit Lev. 15, 4 seq. 22, 4. Num. 5, 2: 2 Sam. 3, 29, sed maximè de affluentiâ et redundantiâ, et tunc constr. cum accus. rei quâ affluitur vel redundatur Ex. 3, 8. Lev. 20, 24, etc. — 2) ut דָּאַב *diffluere, contabescere, mori* Thren. 4, 9. — Indè

זוֹב m. suff. זוֹבוֹ; *fluxis* sanguinis menstrui Lev. 15, 16 seq., seminis virilis Lev. 15, 1 - 15.

זוּד vel זִיד; præt. זָד. f. זְדָה; pl. m. זָדוּ; pr. *intumescere, effervescere, ebullire* de aquâ; hinc metaph. *tumere, efferre se, superbire*, de animo, ideòque *protervè, scelestè agere*, in aliquem seq. עַל Ex. 18, 11, אֶל Jer. 50, 29.

Niph. part. נָזִיד *coctum, ferculum* Gen. 25, 29.

Hiph. הֵזִיד; fut. יָזִיד, conv. וַיָּזֵד; pl. cum ן parag. יְזִידוּן 1) *coxit* Gen. 25, 29. — 2) *protervè, scelestè egit* Ex. 21, 14. Deut. 1, 43. 17, 13. Neh.

9, 10, etc. — Derivat. זֶדֶן, זָדוֹן, זֵידוֹנִים.

זוּזִים n. pr. populi ad fines Palæstinæ habitantis Gen. 14, 5.

זָוִיוֹת f. pl. *anguli* aræ Zach. 9, 15. Metonym. de columnis angularibus palatii. Ps. 144, 12 : *filiæ nostræ sunt quasi columnæ angulares* pulchrè *exsculptæ*. — Rad. זוה.

זוֹחֵת n. pr. viri 1 Par. 4, 20.

זוּל 1) pr. forsan *removere*; — 2) *vilipendere* Jes. 46, 6. part. plur. הַזָּלִים זָהָב מִכִּיס *vilipendentes*, i. e. tanquam vile profundentes *aurum de crumenâ*. Indè

זוֹלָה f. *remotio, amotio*. Semper occurrit in constr. זוֹלַת 2 Reg. 24; 14, et cum suff. זוֹלָתִי; זוֹלָתְךָ *remotio meî, tuî*, i. e. *præter me, te* Jes. 45. 5. Ruth. 4, 4, etc. Nonnunquàm cum ו parag. זוּלָתִי Deut. 1, 36. 4, 12. Jos. 11, 13 : 1 Reg. 3, 18. 12, 20. Ps. 18, 32.

זוּן in Kal inus. Chald. Syr. et Samar. *alere, pascere, cibare*. Hoph. part. m. pl. מוּזָנִים *benè pasti, saginati*, i. e. pingues Jer. 5, 8, sed Keri habet מְיֻזָּנִים *testiculis instructi, probè vasati* juxta Schultens (*Clav. dialect.*, p. 212) qui vocab. derivat à יָזַן, collat. arab. وزن *libravit, ponderavit*. LXX Θηλυμανεῖς. Vulgat. *amatores*. — Deriv. מָזוֹן.

זוּנָה vid. זָנָה.

זוּעַ; præt. זָע; fut. plur. יָזֻעוּ; 1) *movere se* Esth. 5, 9. — 2) *commoveri, tremere* Eccl. 12, 2.

Pilpel part. מְזַעְזֵעַ, undè pl. cum suff. מְזַעְזְעֶיךָ *commoventes, divexantes te*. — Deriv. זַעֲוָה et

זוּעָה f. 1) *agitatio, divexatio* 2 Par. 29, 8. Jer. 15, 4. 24, 9. 29, 18. 34, 17. Keri ubique habet זַעֲוָה. — 2) *terror* Jes. 28, 19.

זוּר; præt. זָר (f. זָרָה Job 19, 17, vid. זִיר), undè plur. m. זָרוּ et זֹרוּ; part. act. זָר, f. זָרָה; pl. m. זָרִים, f. זָרוֹת; fut. יָזוּר, conv. וַיָּזָר; 1) ut צור *premere, comprimere, exprimere* Jud. 6, 38. Job 39, 15, et intrans. *comprimi* Jes. 1, 6. — 2) ut סור et גור *deflectere* Job 19, 13. Ps. 58, 4. 78, 30. — Part. זָר *peregrinus, alienus*, special. a) *alius populi, alienigena* Ex. 30, 33; subest frequenter *hostis* et *barbari* notio Jes. 1, 7. Eze. 11, 9. Ps. 54, 5, etc. אֵל זָר *deus externus, exteræ gentis*, oppositus Jehovæ, tanquam numini Israëlitarum domestico Ps. 44, 21. 81, 10, etc. — b) *alius familiæ*, hinc fem. זָרָה *mulier adultera, mœcha* Prov. 2, 16, etc., et pl. m. זָרִים *adulteri, mœchi* mariti Jer. 2, 25. Eze. 16, 32, et Hos. 5, 7 : בָּנִים זָרִים *filii nothi*. — c) *profanus* Ex. 30, 9. Lev. 10, 1. Num. 3, 4. 26, 61. — d) ut אַחֵר *alius* oppos. propriæ personæ 1 Reg. 3, 18. Prov. 11, 15. 14, 10. 20, 16. 27 2, 13. — e) transl. *novus, inauditus* Jes. 28, 21.

Niph. præt. plur. נָזֹרוּ *recesserunt* Jes. 1, 4. Eze. 14, 5.

Hoph. part. מוּזָר *abalienatus* Ps. 69, 9. — Deriv. מָזוֹר.

זוּרָה m., *compressum* ovum Jes. 59, 5. Part. pass. fem. verbi זור pro זוּרָה, ut volunt.

זָחַח radix forsan efficta, ad cujus Niph. referunt יָזַח quod vid. in נָזַח.

זָחַל; pa t. m. pl. constr. זְחֲלֵי; 1) *repsit, serpsit* Deut. 32, 24. Mich.

7, 17. — 2) ut chald. et syr. דחל *timuit* pr. suspensò gradu accessit, nam statim sequitur וְאִירָא *et verebar* Job 32, 6.

זַחֲלֵת n. pr. אֶבֶן זַחֲלֵת saxum propè Jerusalem 1 Reg. 1, 9.

זִיד vid. זוד.

זִידוֹנִים m. pl. *tumentes, superbi* fluctus Ps. 124, 5. — Rad. זוד.

זִיו, vid. זִי.

זִיז masc. 1) *quod movetur.* Poet. זִיז שָׂדַי *bestia, agri fera* Ps. 50, 11. 80, 14, al. *abundantia*, al. *pulchritudo;* sic Vulg. Ps. 50, 11, quæ tamen *bestia* Ps. 80, 14 habet. — 2) *fluxus emicans lactis, plenum uber* Jes. 66, 11. Quæ omnia haud satis certa. — Rad. זוז *movere, motitare se.*

זִיזָא n. pr. viror. 1 Par. 4, 37: 2 Par. 11, 20.

זִיזָה n. pr. viri 1 Par. 5, 13, pro quo דִּינָה, vers. 10 legitur.

זִיעַ n. pr. viri 1 Par. 5, 13.

זִיף n. pr. 1) oppidi et deserti in tribu Judæ Jos. 15, 55: 2 Par. 11, 8: 1 Sam. 23, 14, 15. Nom. gent. זִיפִי 1 Sam. 23, 19. 26, 1. — 2) viri 1 Par. 4, 16.

זִיקוֹת f. pl. (pro זִנְקוֹת, זְקוֹת) *tela ardentia* Jes. 50, 11. Cf. זִקִּים pro quo multi codic. זִיקִים habent. — Rad. זָנַק.

זִיר forsan ut in arab. cum *Dzal* pro hebr. *Zayin.* Hinc præt. f. intrans. *halitus meus* זָרָה *fastidio factus est uxori* meæ Job 19, 17. — Deriv. זְרָא.

זַיִת m. constr. זֵית; suff. זֵיתְךָ, in pausâ זֵיתֶךָ; pl. זֵתִים; 1) *olea*, arbor Jud. 9, 9, plenius עֵץ שֶׁמֶן זַיִת Deut. 8, 8. שֶׁמֶן זַיִת *oleum olivarum* Ex. 27, 20. Lev. 24, 22. הַר הַזֵּתִים *mons olearum* ad Jerusalem situs erat Zach. 14, 4, et sacer habitus 2 Sam. 15, 30: 1 Reg. 11, 7. — 2) *oliva,* fructus Agg. 2, 19. Mich. 6, 15. — 3) *ramus oliväe* Zach. 4, 11 cf. vers. 12. — Origo ignoratur; attamen minimè despiciendum est etymon à Gesenio propositum, nempè זַיִת derivari à זחה (quod vid. in זוּ), sed ideò masc. generis existimari, quia scilicet postquam vera origo in oblivionem abierit, littera ת pro radicali habita est.

זִיתָן n. pr. viri 1 Par. 7, 10.

זָךְ et זַךְ, fem. זַכָּה: *purus, pura*, phys. Ex. 27, 20. Lev. 24, 7, etc., moral. Job 8, 6. Prov. 16, 2, etc. — Rad. זָכַךְ.

זָכָה; futur. יִזְכֶּה; ut זָכַךְ *purus fuit*, morali sensu Mich. 6, 11. Job 15, 14. 25, 4, Ps. 51, 6.

Pih. זִכָּה; fut. יְזַכֶּה; *purum fecit, mundavit* viam, animum Ps. 73, 13. 119, 9. Prov. 20, 9.

Hithpah. imp. pl. הִזַּכּוּ *mundate vos* Jes. 1, 16, pro הִתְזַכּוּ.

זְכוּכִית f. *vitrum* vel *crystallus* Job 28, 17. Cf. זג. — Rad. זָכַךְ.

זְכוּר m. suff. זְכוּרְךָ; ut זָכָר *mas, masculus* Ex. 23, 17. Deut. 16, 16, etc.

זַכַּי n. pr. viri, vid. זַבַּי.

זָכַךְ, pl. זָכוּ; ut זָכָה *purus fuit*, phys. Thren. 4, 7, moral. Job 15, 15. 25, 5.

Hiph. הִזְכִּיתִי unde *mundavi* Job 9, 30. — Deriv. זָךְ, זַךְ, זְכוּכִית.

זָכַר; part. act. זֹכֵר, unde plur. constr. זֹכְרֵי; pass. זְכוּר; infin. abs. זָכוֹר, constr. זְכֹר, suff. זָכְרֵנוּ; imp.

זָכוֹר, cum ה parag. זָכְרָה; fut. יִזְכֹּר, cum ה parag. יִזְכְּרָה, cum suff. 2 pers. f. more chald. יִזְכְּרֵכִי; 1) *meminit, memoriâ tenuit, custodivit*, it. *recordatus est, memoriam recoluit, reputavit*; dicitur tàm in bonam, quàm in malam partem, et constr. cum accus. לְ, בְּ Gen. 8, 1. Ex. 32, 13. Neh. 5, 19. 13, 22, 29. Thren. 1, 9. Jes. 47, 7; etc. — 2) *meditatus est, molitus est* aliquid Job 40, 32.

Niph. נִזְכַּר; part. pl. נִזְכָּרִים; inf. הִזָּכֵר undè cum suff. הִזָּכְרָכֶם; fut. יִזָּכֵר, in pausâ יִזָּכֶר; 1) *memoratus fuit, in memoriâ fuit* Num. 10, 9. Jes. 23, 16. Job. 24, 20, etc. — 2) *masculus natus est* (denomin. à זָכָר *masculus*) Ex. 34, 19.

Hiph. הִזְכִּיר; part. מַזְכִּיר, fem. מַזְכֶּרֶת; pl. m. מַזְכִּירִים; inf. הַזְכִּיר, suff. הַזְכִּירוֹ, sed הַזְכִּרְכֶם Ezc. 21, 24 ex termin. chald. הַזְכֵּר; fut. יַזְכִּיר, cum. ה parag. הַזְכִּירָה; 1) *in memoriam revocavit*, Num. 5, 15, seq. אֶל, לְ *alicui, apud aliquem* Gen. 40, 14: 1 Reg. 17, 18. Eze. 21, 28. etc. 2) *commemoravit* 1 Sam. 4, 18. Ps. 87, 4. Spec. *cum laude commemoravit, laudavit, celebravit* Jes. 26, 13. Ps. 45, 18, etc. Cum בְּ objecti Jos. 23, 7. Amos 6, 10 etc. et semel *celebrari, prædicari jussit* Ex. 20, 21. — 3) *in memoriam sibi revocavit, meminit* Gen. 41, 9. Jes. 19, 17. 49, 1. — 4) *sacrificium memoriale* (אַזְכָּרָה) *obtulit, adoluit* Jes. 66, 3. — 5) *memoriæ prodidit*, undè part. מַזְכִּיר *memoriæ prodens, historiographus, annalibus regni præfectus* 1 Reg. 4, 2: 2 Reg. 18, 18, 37. Jes. 36, 3, 22: 2 Chron. 34, 8. — Deriv. אַזְכָּרָה, זִכָּרוֹן, et seqq.

זָכָר m. pl. זְכָרִים; *mas, masculus*, ut per quem *memoria* parentum propagatur (cf. 2 Sam. 18, 18) Gen. 1, 26. Ex. 12, 8. Jos. 5, 4, etc.

זֵכֶר et זֵכֶר m. suff. זִכְרוֹ; 1) *memoria* Ex. 17, 14. Ps. 9, 7, etc. — 2) *id cujus ope recordamur* alicujus rei, *memoriale, nomen* Ex. 3, 15. Hos. 12, 6. — 3) *laus, celebratio* Ps. 6, 6. 102, 13.

זִכָּרוֹן m. constr. זִכְרוֹן; pl. זִכְרֹנִים; f. זִכְרֹנוֹת; 1) *memoria* Ex. 12, 14. Jos. 4, 7. Eccl. 1, 11. — 2.) *id quod memoriæ proditur* Ex. 17, 4. Hinc *liber memoriæ, memoriarum*, i. e. *annales* rerum gestarum Mal. 3, 13. Esth. 6, 1. — 3) *signum memoriale* Ex. 13, 9. — 4) *celebratio* festi Lev. 23, 24. — 5) *sententia memorialis* Job 13, 12.

זִכְרִי n. pr. viror. Ex. 6, 21: Neh. 11, 9: 1 Chron. 8, 19, etc.

זִכְרִיָּה, זִכְרִיָּהוּ n. pr. viror. 2 Reg. 15, 8. Zach. 1, 1, etc.

זִלּוּת f. vulgò *vilitas, contemptus*, al. *terror, tremor* Ps. 12, 9; utrique favet contextui. — Rad. זָלַל.

זַלְזַלִּים m. pl. *flagella, palmites* Jes. 18, 5. — Rad. זָלַל.

זָלַל; 1) *concussit.* — 2) *vilis fuit.* — 3) *commessator, helluator.* Part. זוֹלֵל *vilis* Jer. 15, 19, sed *vorax, lurco* Prov. 23, 21; f. זוֹלֶלֶת *abjecta* Thren. 1, 11; pl. m. זוֹלְלִים *lurcones* Prov. 28, 7, pleniùs זוֹלְלֵי בָשָׂר *helluatores carnis*, i. e. *immodicè carnem devorantes* Prov. 23, 20, ubi jungitur, quemadmodùm vers. 21 et Deut. 21, 20, cum סֹבֵא *potator, bi-*

lax. Ita constanter Vulgat. sed quibusdam est : *profundentes*, *vilipendentes corpus suum* i. e. illud turpi veneri tradentes.

Niph. præt. נִזְלוּ, undè pl. נָזְלוּ *concussi sunt*, montes Jes. 64, 1 (al. 63, 19), et forsan נָזְלוּ Jud. 5, 5, omisso Daghesch ל, ubi LXX ἐσαλεύθησαν et ità ferè Chald. Syr. et Arab. vers. Sed. al. ad נָזַל referunt.

Hiph. plur. הֲזִילוּ *vilipenderunt* Thren. 1, 8, ex chaldaïsmo. Sed al. à זול, al. à נָזַל deducunt. — Deriv. præcedunt.

זַלְעָפָה et זְלָעָפָה f. pl. זַלְעָפוֹת, constr. זַלְעֲפוֹת *æstus vehemens* venti, iræ Ps. 11, 6. 119, 53, famis Thren. 5, 10. — Rad. forsan זָעַף, inserto ל.

זְלֻפָּה n. pr. mulieris Gen. 29, 24.

זִמָּה f. constr. זִמַּת, suff. f. זִמָּתֵךְ, cum ה parag. זִמַּתְכֶנָּה; pl. זִמּוֹת; suff. זִמֹּתַי; 1) *consilium* rarò honestum Job 17, 11, pravum Prov. 21, 27. 24, 8. — 2) *scelus*, *pravè factum* Lev. 18, 17. Jud. 20, 6. Job 31, 11. Eze. 16, 27. — 3) n. pr. viri 1 Par. 6, 5 : 2 Par. 29, 12. — Rad. זָמַם.

זִמָּה f. plur. cum suff. זִמּוֹתַי pro זִמּוֹתַי *consilia mea* Ps. 17, 3. Mutato accentu זִמּוֹתַי est *meditor*, et sensus totius comatis : (quod) *meditor*, *non transit os meum*. — Rad. זָמַם.

זְמוֹרָה f. constr. זְמֹרַת; plur. m. זְמֹרִים, undè cum suff. זְמֹרֵיהֶם; 1) *palmes*, *flagellum* Num. 13, 23. Jes. 17, 10. — 2) *ramus* in genere Eze. 15, 2. 8, 17, ubi alluditur ad morem Persarum magorum, qui inter precandum coram sole vel igne, virgarum fasciculum manu tenebant. — Rad. זָמַר.

זַמְזֻמִּים n. pr. gentis giganteæ, cæterum ignotæ Deut. 2, 20.

זְמִיר m. *tempus amputandarum vitium* Cant. 2, 12. LXX καιρὸς τῆς τομῆς, Vulgat. *tempus putationis*. — Rad. זָמַר.

זְמִיר m. pl. f. זְמִירוֹת; pr. forsan, *cantus qui tempore putationis* in usu erat, vel *ad numeros rhythmicos incisus*, hinc *cantus in genere* 2 Sam. 23, 1. Jes. 25, 5. Ps. 119, 54, seu spec. *hymnus* Jes. 24, 16. Job 35, 10. — Rad. זָמַר.

זִמְרָה n. pr. viri 1 Par. 7, 8.

זָמַם f. זְמָמָה; 1 pers. זָמַמְתִּי et defect. זָמוֹתִי; pl. 3 pers. in pausâ זָמְמוּ; part. act. זֹמֵם; fut. יִזֹּם, undè plur. יִזְמוּ pro יִזְמוּ (cf. supra נָזְלוּ ad Niph. זָלַל) quod al. minus rectè ad יזם referunt; 1) *meditatus est*, *cogitavit*, *proposuit sibi* Gen. 11, 6. Thren. 2, 17. Zach. 1, 6. — 2) *mala molitus est* Ps. 31, 14. Prov. 30, 32, *insidiatus est*, seq. ל Ps. 37, 12. — Deriv. זִמָּה, מְזִמָּה, זַמָּה et

זְמָם m. suff. זְמָמוֹ *machinatio ejus* Ps. 140, 9.

זָמַן inus. in Kal. vicin. זָמַם *statuit*. Puh. part. pl. m. מְזֻמָּנִים fem. מְזֻמָּנוֹת *statuta*, *stata* tempora Esr. 10, 14. Neh. 10, 55. 13, 31. Indè

זְמַן m. suff. זְמָנָם; pl. זְמַנִּים, undè cum suff. זְמַנֵּיהֶם; *tempus statutum*, *determinatum* Neh. 2, 6. Esth. 9, 7, 31. Eccl. 3, 1.

זָמַר undè fut. תִּזְמֹר *putabis* vitem Lev. 25, 3, 4.

Niph. fut. יִזָּמֵר *amputabitur* Jes. 5, 6.

Pih. זִמֵּר; inf. זַמֵּר, cum ה parag. זַמְּרָה; imp. pl. זַמְּרוּ, in pausâ זַמְּרוּ;

fut. יְזַמֵּר cum ה parag. יְזַמְּרָה; 1) pr. *incidit* orationem, carmen, *protulit carmen ad numeros rhythmicos incisum*, seq. accus. vel לְ pers. Jud. 5, 3. Ps. 9, 12. 47, 7, etc. — 2) *cecinit fidibus*, ψάλλειν Ps. 33, 2. 71, 22. — Deriv. מִזְמוֹר, זְמִיר, זְמִירָה, מִזְמוֹר, מַזְמֵרָה, מַזְמֶרֶת et seq.

זֶמֶר m. vulgò *camelopardus* (*girafe*) Deut. 14, 5, animal intimæ Æthiopiæ; quocirca mavult eam Bochart esse *capreæ* vel *rupicapræ* speciem. — Rad. זמר arab. est *saliit* caprea.

זְמֹרָה f. constr. זְמֹרַת; 1) *amputatum abscissum* quid; undè Gen. 43, 11: זִמְרַת הָאָרֶץ *amputatum hujus regionis* (gall. *la coupe du pays*), i. e. fructus amputati in hâc regione, proventus ejus; sed vulgò et perperam quidem *cantus terræ*, i. e. laudatissimi proventus ejus, collato gr. ἀοίδιμος *carminibus celebratus*, pro *celebri*. Conf. quæ diximus in *Le Pentateuque avec une traduction française, etc. tom. I.* Genèse, *pag.* 274. —2) *cantus* propr. *incisus*, hinc quicumque *cantus* sive vocis Ps. 81. 3. 98, 5, sive fidium Amos. 52, 23. — Rad. זָמַר.

זִמְרִי n. pr. viror. Num. 25, 14: 1 Reg. 16, 9: 1 Par. 2, 6. 8, 36, etc. Sed Jer. 25, 25 patronymicum est à זִמְרָן pro זִמְרָנִי.

זִמְרָן n. pr. viri Gen. 25, 2 etc.

זִמְרָת f. *objectum cantionis* Ex. 15, 2. Jes. 12, 2. Ps. 118, 14. — Rad. זָמַר.

זַן m. in pausâ זָן; pl. זָנִים; *species*, ut in chald. et syr. 2 Par. 16, 14. Ps. 144, 13: *de specie in speciem*, i. e. *cujusvis speciei*. — Rad. זנן.

זָנָב m. suff. זְנָבוֹ; pl. f. זְנָבוֹת, constr. זַנְבוֹת; 1) *cauda* animalium Ex. 4, 4. Job 40, 17, etc.—2) metaph. *extremitas, extremum* rei Jes. 7, 4. Indè *extremum infimum* Deut. 28, 13, 44. Jes. 9, 13. 19, 15.—Indè verbum denom.

Pih. זִנֵּב; fut. יְזַנֵּב; *decaudicavit*, metaph. *extremum exercitûs profligavit* Deut. 25, 18. Jos. 10, 19.

זָנָה; part. act. זֹנֶה, pl. זֹנִים; f. זֹנָה et זוֹנָה, pl. זֹנוֹת; inf. abs. זָנֹה, constr. זְנוֹת; fut. יִזְנֶה, conv. וַיִּזֶן; 1) *scortatus est;* sed plerumque de mulieribus Gen. 38, 24. Lev. 19, 29. Hos. 3, 3. Seq. accus. pers. *cum aliquo, aliquâ* Jer. 3, 1, seq. אֶל Num. 25, 1. Eze. 16, 26, בְּ Eze. 16, 17, אַחֲרֵי Eze. 16, 34 et sæpissimè. Nomen mariti à quo scortando deficit mulier adultera et scortatrix, præcedit particula מִן, vel מֵאַחֲרֵי, vel מִתַּחַת pro quo תַּחַת Eze. 23, 5, vel מֵעַל cujus loco עַל Jud. 19, 2. Eze. 16, 15. Part. זוֹנָה *meretrix*, *scortum* Gen. 38, 15. Deut. 23, 19, etc. plenius אִשָּׁה זוֹנָה Lev. 21, 7. Jos. 2, 1. Jud. 11, 1. —2) sæpiùs de *idololatriâ* usurpatur quæ cunjugium spiritale, Deum inter et populum israëliticum initum violabat. Hinc *scortari post deos alienos, cum numine alieno,* est *aliena numina sectari, colere*. Ex. 34, 15. Lev. 17, 7. Eze. 16, 17, etc. Sed. Jes. 23, 17 est *commercia quæstuosa exercere* cum gentibus exteris. Conf. Nah. 3, 4.

Puh. זוּנָה (pro זֻנָּה) *scortatio facta est* Eze. 16, 34.

Hiph. הִזְנָה; inf. abs. הַזְנֵה, constr. הַזְנוֹת; fut. יַזְנֶה, conv. וַיֶּזֶן; 1) *scortari fecit, ad stuprum seduxit* Ex. 34, 16, *scortari passus est* Lev. 19, 29. — 2) intrans, *stupra fecit* Hos. 4, 10, 18. 5, 3. — Deriv. תַּזְנוּת, זְנוּת, זְנוּנִים.

זָנוֹחַ n. pr. duorum oppidorum tribûs Judæ Jos. 15, 34. Neh. 3, 13, etc.

זְנוּנִים m. pl. constr. זְנוּנֵי, suff. f. זְנוּנֶיהָ, זְנוּנַיִךְ; 1) *scortationes* Gen. 38, 24. Hos. 1, 2, etc. — 2) *idololatria* 2 Reg. 9, 22. — 3) *commercium* cum exteris populis Nah. 3, 4, conf. verbum Jes. 23, 17. — Rad. זָנָה, sed adjecto à fine ן formativo, ut in קָצִין à קָצָה, et in אֶתְנָן à תָּנָה.

זְנוּת f. pl. זְנוּתִים; 1) *scortatio*, hinc, ubique metaph. *idololatria* Jer. 3, 2. Eze. 43, 7. Hos. 4, 11, etc. Sed Num. 14, 33 *seditio* potissimum valere videtur, quæ tanquam defectio à supremo populi israëlitici rege, Jehovâ, considerabatur. — Rad. זָנָה.

זָנַח; fut. יִזְנַח; 1) pr. forsan *rancidus fuit, fœtuit*, ut in arab. — 2) metaph. et transit. *fastivit, respuit, rejecit* Hos. 8, 3. Ps. 43, 2. 44, 10. 60, 3, etc. Ita fortassè Hos. 8, 5: *rejecit* (ira mea) *vitulum tuum, Samaria, exarsit ira mea in eos*; ubi alii durius vertunt: *abominabilis fuit vitulus tuus*. Seq. מִן *repulit ab aliquâ re* Thren. 3, 17.

Hiph. הִזְנִיחַ, pl. הֶאֱזְנִיחוּ (coaluisse videtur ex הִזְנִיחוּ et אֶזְנִיחוּ quod posterius chaldaïsmum imitatur); fut. יַזְנִיחַ; 1) pr. *fœtorem emisit*. Jes. 19, 6: *flumina fœtent*, i. e. vadosa fiunt, deficiunt. LXX et Vulgat. *deficient*. — 2) *rejecit* 1 Par. 28, 9: 2 Par. 11, 14. — 3) *profanavit, polluit* 2 Par. 29, 19.

זָנַק in Kal inus. syr. *sagittam jecit, projecit*. Pih. fut. יְזַנֵּק *prosiliet* Deut. 33, 22. Sic vulgò et favet contextus Deriv. זִקִּים, זִיקוֹת.

זֵעָה f. constr. זֵעַת; *sudor* Gen. 3, 19. — Rad. זוּעַ.

זַעֲוָה f. per metathesin pro זְוָעָה (sic עַלְוָה pro עַוְלָה); *vexatio* Deut. 28, 25. Eze. 23, 46 in Chetib, et Jer. 15, 4. 24, 9. 29, 18. 34, 17 in Keri. — Rad. זוּעַ.

זַעֲוָן n. pr. viri Gen. 36, 27, etc.

זְעֵיר m. *modicum paullulum* Jes. 28, 10, 13, *paulisper, parumper*, de tempore Job 36, 2. — Rad. זָעַר.

זָעַךְ, undè Niph. pl. in pausâ נִזְעָכוּ *exstincti sunt* Job 17, 1 ubi plures cod. נזעכו habent.

זָעַם; part. act. זֹעֵם, pass. זָעוּם, constr. זְעוּם; f. זְעוּמָה, imper. cum ה parag. זֹעֲמָה pro זָעֲמָה; fut. יִזְעֹם et יִזְעַם; 1) *iratus est, indignatus est* ut זָעַף, sæpè addita pœnæ notione Prov. 22, 14, cum accus Jes. 66, 14. Zach. 1, 12. Mal. 1, 4, seq. עַל Dan. 11, 30. — 2) *exsecratus est*, cum accus. Num. 23, 7, 8. Prov. 24, 24. Mich. 6, 10.

Niph. part. pl. נִזְעָמִים *irati* Prov. 25, 23. — Indè

זַעַם m. suff. זַעְמִי; 1) *ira* imprim. Dei Jes. 10, 5. Eze. 22, 24. Dan. 18, 19, etc. — 2) *furor, protervia* Hos. 7, 16.

זָעַף; undè part. act. pl. זֹעֲפִים; inf. constr. זְעַף, undè cum suff. זַעְפּוֹ; fut. יִזְעַף; 1) *iratus est*, seq. עַל Prov. 19, 3, עִם 2 Par. 26, 19. — 2) *morosus, tetricus, tristis fuit* Gen. 40,

6. Dan. 1, 10. Deriv. statim seq.

זַעַף m. *iratus* 1 Reg. 20, 43, 21, 4. זַעַף m. suff. זַעְפּוֹ; *ira* 2 Par. 16, 10. 28, 9; metaph. *æstus* maris Jon. 1, 15.

זָעַק; inf. constr. זְעֹק imper. זְעַק; fut. יִזְעַק; *clamavit* imprim. præ dolore, conquerendi et opem implorandi causâ, hinc *imploravit*, *invocavit*, cum accus. pers. quæ imploratur Jud. 12, 2. Neh. 9, 28, cum אֶל Hos. 7, 14. Ps. 22, 6, etc., לְ 1 Par. 5, 20. Item cum accus. rei ob quam imploratur Hab. 1, 2, ubi tamen commodè vertitur: *clamabo ad te: injuria!* scil. mihi fit; cum עַל Jer. 50, 15, לְ Jes. 15, 5. Jer. 48, 31, מִלִּפְנֵי 1 Sam. 8, 18.

Niph. נִזְעַק; fut. יִזָּעֵק; *clamatum est ei, convocatus est* Jud. 18, 22, 23; indè *convenit* Jud. 6, 34, 35: 1 Sam. 14, 20.

Hiph. הִזְעִיק unde inf. הַזְעִיק; imper. הַזְעֵק; fut. יַזְעִיק, conv. וַיַּזְעֵק; 1) *clamorem edidit, clamavit* Job 35, 9, *proclamavit* absol. Jon. 3, 7. — 2) *vocavit*, *invocavit*, cum accus. Zach. 6, 8.—3) *convocavit* Jud. 4, 10, 13: 1 Sam. 20, 4, 5.— Deriv. seq.

זַעַק m. undè cum suff. in pausâ זַעֲקְךָ *clamor tuus* Jes. 30, 19.

זְעָקָה f. constr. זַעֲקַת; suff. זַעֲקָתָם; 1) *clamor* Jes. 15, 10. 65, 19. Jer. 18, 22. Neh. 5, 6, etc.—2) *fama, rumor* Gen. 18, 20.

זְפַרוֹן i. pr. oppidi in Palæstina boreali Num. 34, 9.

זֶפֶת f. *pix* Ex. 2, 3. Jes 34, 9.— Rad. זפה forsan ut arab. وَفَ *fluxit, liquatus est.*

זִקִּים m. pl. 1) *sagittæ* (pro זִנְקִים, à זָנַק) Prov. 26, 18. — 2) *compedes, vincula* (à זָקַק) Jes. 45, 14. Nah. 3, 10. Ps. 149, 8. Job 36, 8.

זָקָן c. constr. זְקַן, suff. זְקָנִי; *mentum* viri *barbatum* Lev. 13, 29: 2 Sam. 10, 5. Jes. 15, 2, etc.— Indè.

זָקַן; fut. יִזְקַן; *senex fuit, factus est, senuit.* Non tamen de decrepitâ tantùm senectute, sed de vegetâ etiam usurpatur Gen. 18, 12: 1 Sam. 2, 22, etc. Quomodò differat à יָשַׁשׁ, שָׁב, זָשַׁן vid. sub his vocab.

Hiph. fut. יַזְקִין *senescet* Prov. 22, 6. Job 14, 8.

זָקֵן m. constr. זְקַן; pl. זְקֵנִים, f. זְקֵנוֹת; constr. m. זִקְנֵי; suff. זְקֵנַי; *senex* Gen. 18, 11. Jos. 6, 21; etc. seq. מִן *senior aliquo* Job 32, 4. *Seniores regionis, urbis, populi* i. e. *proceres, optimates, magistratus*, neglecta senectutis notione. Ex. 3, 16. Deut. 19, 12, etc. Metaph. de populo debilitato Jes. 47, 6. Zach. 8, 4.

זְקֹן m. *senectus* Gen. 48, 10.

זְקֻנָה f. constr. זִקְנַת; suff. זִקְנָתוֹ; Gen. 24, 36. Ps. 71, 9, 18. Metaph. de populo Jes. 46, 4, conf. 47, 6.

זְקֻנִים m. pl. suff. זְקֻנֶיךָ; id. Gen. 21, 2, 7. 44, 20. *Filius senectutis* 37, 3, i. e. filius in senectute genitus.

זָקַף unde part. act. זֹקֵף; ut in chald. et syr. *erexit*, metaph. *solatus est* afflictum Ps. 145, 14. 146, 8.

זָקַק unde fut. pl. יִזְקוּ; 1) *ligavit, constrinxit* (ut in chald.) unde זִקִּים et אֲזוּקִים. — 2) *percolavit, liquavit*, quod fit sacco liquatorio firmiter constringendo, Job 28, 1. — 3) *fudit, effudit* in genere Job 36, 27.

Pih. זִקֵּק *liquavit, purgavit* aurum Mal. 3, 3.

Puh. part. מְזֻקָּק, pl. מְזֻקָּקִים ; *liquatum est* vinum Jes. 25, 6, metallum Ps. 12, 7 : 1 Par. 28, 18. 29, 4.

זָר m. *hostis*, vid. rad. זור.

זַר m. suff. זָרוֹ ; *limbus, margo* (*bordure*) Ex. 25, 11, 24, 25, etc.— Rad. זָרַר.

זָרָא f. pro זָרָה *fastidium, nausea* Num. 11, 20. — Rad. זיר.

זָרַב in Kal inus. Puh. fut. plur. בְּעֵת יִזָּרְבוּ *tempore quo coarctati, angusti fiunt* amnes Job 6, 17 ; ita permulti ex signif. syr. vel *incaluerunt, adusti fuerunt*, collat. צָרַב, שָׂרַב, צָרַף, שָׂרַף ; sed al. cum Vulgat. *tempore quo fuerint dissipati*, vel *fluxerint, diffluxerint ;* — * haud malè quidem, cùm verbi זָרַב cognatæ sint rad. זָרַם et זָרַף *fluxit, se effudit*, et minimè repugnet orationis series, quæ hoc modo videtur explananda : Fratres mei haud aliter sunt atque amnes turbidi præ glacie solutâ, et in quos sese nix abdidit ; horum aqua ad bibendum idonea non est. Aliundè, tempore quo extra ripas diffluendo sese in plures rivos dividunt, abolentur ; nam solis æstu exstinguntur, statim atque alveum deserunt *.

זְרֻבָּבֶל n. pr. viri Esr. 2, 2, etc.

זֶרֶד n. pr. vallis Num. 21, 12, et forsan rivi Deut. 2, 13, 14 in terrâ Moab.

זָרָה ; part. act. זֹרֶה ; inf. constr. זְרוֹת ; imper. זְרֵה ; fut. יִזְרֶה, conv. וַיִּזֶר ; 1) *sparsit, dispersit* Ex. 32, 20. Jes. 30, 22, etc. — 2) *ventilavit* Jes. 30. 24. Jer. 4, 11. Ruth, 3, 2. Metaph. Jer. 15, 7. Ezc. 5, 2. — 3) *expandit*, undè זֶרֶת *spithama*. Vicin. sunt זָרַק, זָרַע, זָרַח.

Niph. inf. cum suff. הִזָּרוֹתֵיכֶם *dispergi vestri* Eze. 6, 8, more nominum pluralium pro הִזָּרוֹתְכֶם ; fut. pl. יִזָּרוּ *dispergentur* Eze. 36, 19.

Pih. זֵרָה ; part. מְזָרֶה, pl. מְזָרִים, quod vid. sub litt. מ ; inf. זָרוֹת ; fut. יְזָרֶה ; 1) *sparsit* Prov. 15, 7, dein *dispersit, dissipavit* Lev. 26, 33. Eze. 5, 10, etc. — 2) *ventilavit* Prov. 20, 26, hinc *eventilavit, excussit*, ideòque *exploravit* Ps. 139, 3.

Puh. part. f. מְזוֹרָה *conspersa* Prov. 1, 17 ; fut. יְזֹרֶה *spargetur* Prov. 1, 17. Quoad זֹרוּ Ps. 58, 4, pertinet ad זור.—Deriv. מְזָרִים, מְזֶרֶה, זֶרֶת.

זְרוֹעַ c. sed sæpius f. suff. זְרוֹעוֹ ; pl. m. זְרוֹעִים, constr. זְרוֹעֵי ; suff. זְרוֹעָיו ; f. זְרוֹעוֹת suff. זְרוֹעֹתֵיכֶם ; *1) pr. *musculus*, et maximè collect. *musculi* qui sparguntur et quasi seruntur per varias corporis partes, et quorun ope omnes interni externique motus producuntur, robur et vires exseruntur. Ad hunc significatum, ut video permultùm faciunt tum radix ipsa זָרַע, tum nomina derivata, siquidem cuncta notionem *spargendi serendi* exprimunt. Indè Gen. 49, 24 : זְרֹעֵי יָדָיו *musculi brachiorum ejus*, et 2 Par. 32, 8 : זְרוֹעַ בָּשָׂר *musculi corporis* *. — 2) *brachium* Jes. 17, 5, etc. maximè anterius, i. e. quod à cubito ad digitos usque protrahitur (divers. à קָנֶה q. vid.) Job 31, 22, in animalibus *armus* Num. 6, 19. Deut. 18, 3. *Brachium nudare* dicitur de militibus ad pugnam paratis Eze. 4, 7. Jes. 52, 10 ubi Deo tribuitur. —3) trop. a) *robur, vires, potentia*, sed ubique musculorum seu brachii servatâ imagine Ps. 44, 4. Job 40, 9.

Indè *militum vis, copiæ, exercitus* Dan. 11, 15. 22, 31. — b) *violentia* Job 22, 8. 35, 9, quò pertinet formula *fregit brachium* alicujus, pro : vires, violentiam ejus infregit. 1 Sam. 2, 31, etc. — c) *robur* quod aliis tribuitur eos adjuvando, *præsidium*, auxilium Jes. 33, 2. Ps. 83, 9, hinc *adjutor, socius* Jes. 9, 19 : *quisque carnem socii sui comedet*. Alii intelligunt propriè *carnem sui ipsius brachii*, sed invito contextu, præterquàm quod LXX cod. Alex. ἀδελφός, et Jer. 19, 9 in loco parallelo רֵעַ *socius* pro זְרוֹעַ, habent. — Rad. זָרַע.

זְרוֹעַ m. (formæ daghessandæ pro זְהוֹעַ); *quod seritur, satum* Lev. 11, 37, pl. זְרוֹעִים *olera hortorum* Jes. 61, 11. — Rad. זָרַע.

זַרְזִיף m. *pluvia copiosa, imber vehemens* Ps. 72, 6. — Rad. quadril. orta à זרף id quod cognat. זָרַם et arab. درف (dzaraf) *fluxit* aqua.

זַרְזִיר m. *constrictus, succinctus* lumbis, de equo, i. e. *generosus, bellator* Prov. 30, 31. — Rad. זָרַר.

זָרַח; part. act. זֹרֵחַ; inf. constr. זְרֹחַ; fut. יִזְרַח; 1) *sparsit radios* (conf. vicin זָרַם, זָרַע, זָרַק), *ortus est* imprim. de sole Gen. 32, 31. Ex. 22, 2. Ps. 104, 22, etc., de luce Jes. 58, 10, de splendore Dei, Deut. 33, 2. Jes. 60, 1. — 2) hinc *exortus est* in genere, *erupit* 2 Chron. 26, 19. — Deriv. מִזְרָח, אֶזְרָח et seqq.

זֶרַח m. 1) *ortus* lucis, undè cum suff. f. זַרְחֵךְ *ortus tuus* Jes. 60, 3. — 2) n. pr. viror. Gen. 36, 26, etc.

זַרְחִי n. patronym. Num. 26, 13, 20.

זַרְחִיָּה n. pr. viri 1 Par. 5, 32. 6, 36. Esr. 7, 4. qui et יִזְרַחְיָה 1 Par. 7, 3, item alterius Esr. 8, 4.

זָרַם *fluxit, effudit se*, seq. accus. *inundavit, torrentis instar abripuit* Ps. 90, 5. Poh. pl. זֹרְמוּ *effuderunt* aquam nubes Ps. 77, 18. — Indè :

זֶרֶם m. *imber* Jes. 4, 6. Job 24, 8, etc. Jos. 25, 4 : *imber parietis* i. e. imber qualis parietes subvertit.

זִרְמָה f. constr. זִרְמַת; suff. זִרְמָתָם; *seminis fluxus* Eze. 23, 20.

זָרַע; part. זֹרֵעַ, pl. זֹרְעִים, constr. זֹרְעֵי; pas. זָרוּעַ, f. זְרוּעָה; inf. constr. זְרֹעַ; imper. זְרַע; fut. יִזְרַע, cum ה parag. יִזְרָעָה; 1) in genere *sparsit, dispersit* (conf. vicin. זָרַח, זָרָה, זָרַק) Zach. 10, 9. — 2) spec. *semen sparsit, sevit, seminavit*. Ponitur absol. Job. 31, 8. Jes. 37, 30. Constr. cum accus. seminis Lev. 26, 16. Jer. 12, 13, etc., cum accus. agri : *consevit* Gen. 47, 23. Jer. 2, 2, etc., cum dupl. accus. seminis et agri Lev. 19, 19. Jud. 9, 45, etc. *Semen spargere* dicitur etiam planta ipsa semen ferens Gen. 1, 29, conf. 12. Metaph. *seminare justitiam*, et contra *nequitiam, pravitatem, ventum (vanitatem)* Prov. 11, 18. 22, 8. Job 4, 8. Hos. 8, 7 (in quibus locis omnibus opponitur messis imago) i. e. bonis vel pravis actionibus præmia pœnasve sibi parare. Conf. Galat. 6, 7, 8. — *seminare populum*, i. e. augere, multiplicare Jer. 31, 27. Hos. 2, 25. — 3) *plantavit*, cum dupl. accus. Jes. 17, 10.

Niph. נִזְרַע; fut. יִזָּרֵעַ, contract. יִזָּרַע; 1) *satus est* Lev. 11, 37, trop. Nah. 1, 14 ubi sensus est : non orietur de stirpe tuâ quisquam. — 2) *consitus est* Deut. 21, 4. 29, 22, trop.

Eze. 36, 9. — 3) *fœcundata est* mulier Num. 5, 28.

Puh. pl. in pausâ זָרְעוּ *sati sunt* Jes. 40, 24.

Hiph. part. מַזְרִיעַ *semen faciens, gignens* Gen. 1, 11, 12; fut. f. תַּזְרִיעַ *semen concipiet, fœcundabitur* Lev. 12, 2. — Deriv. אֶזְרוֹעַ, זְרוֹעַ, זְרוֹעַ, מְזֹרָע, et seq.

זֶרַע m. constr. idem; sed זֶרַע־ Num. 11, 7; suff. זַרְעִי; pl. זְרָעִים; suff. זַרְעֵיכֶם; 1) pr. *satio*, indè *sementis* seu *tempus serendi* (*semailles*) Gen. 8, 22. Lev. 26, 5, it. *plantatio* Jes. 17, 11. — 2) *semen* quod spargitur Gen. 1, 11, Eccl. 11, 1, etc., indè *segetes, sata* 1 Sam. 8, 15, *agrorum proventus* Jes. 23, 3. Job 39, 12 (15). — 3) *semen virile* Lev. 15, 16 seq. 18, 21. 19, 20. — Hinc a) *soboles, posteri* Lev. 18, 21. Num. 14, 24, etc. De uno *filio* 2 Sam. 4, 8; sed Gen. 3, 15, per *semen mulieris* Messias adumbratur 1 Sam. 1, 11 : *soboles virorum* i.e. *soboles mascula*. Jes. 59, 21 ; *soboles sobolis tuæ* i. e. *nepotes tui*. — b) *stirps, familia, populus* 2 Reg. 11, 1, 14. Ps. 22, 24. — c) *genus* contemptim (*race*) Jes. 1, 4. 57, 4.

זֵרְעִים m. pl. *legumina* Dan. 1, 12.

זֵרְעֹנִים m. pl. id. Dan. 1, 1, 16.

זָרַק; part. act. זֹרֵק, pl. זֹרְקִים; infin. constr. et imper. זְרֹק; fut. יִזְרֹק; *sparsit* res aridas et liquidas (cognat. זָרַע, זָרַח, זָרָה) Ex. 9, 8, 10. Num. 19, 13. Job 2, 12, etc. Intrans. *sparsus est* de canitie Hos. 7, 9.

Puh. זֹרַק *sparsus est* Num. 19, 13, 30.

זָרַר, undè Poh. fut. conv. וַיְזֹרֶר *et sternutavit* 2 Reg. 4, 35. Vulgat. *oscitavit*. In dialect. jud. chald. est זְרִיר *sternutatio*.

זֶרֶשׁ n. pr. mulieris Esth. 6, 13.

זֶרֶת f. *spithama* (*empan*) Ex. 28, 16. 39, 9 : 1 Sam. 17, 4. — Rad. זָרָה.

זַתּוּא n. pr. viri Esr. 2, 8, etc.

זֵתָם n. pr. viri 1 Par. 23, 8. 26, 22.

זֵתַר n. pr. viri Esth. 1, 10.

ח

ח Octava alphabeti littera hebraïcè חֵית *hêth* vel *chêth* sonans ; in numeralibus valet *octo*. Ex litteris gutturalibus paulò duriorem pronunciationem habet quam ה, et exit è gutture conduplicato velut spiritu aspero, undè per *hh* permulti scribere solent. Vulgò tamen *Cheth* vocatur, et cum כ *Chaf* quodammodò confunditur. Duplicis olim, florente hebraïsmo, fuisse pronunciationis, quidam statuunt, quemadmodum Arabibus eadem littera duplex est, altera sine puncto, *Hha*, altera cum puncto supernè imposito *Kha*, quæ ut pronunciatione differunt, ita et diversæ significationis radices constituunt : quod idem, ut aiunt, apud Hebræos obtinuisse, haud obscurè quædam exempla produnt. Huic opinioni favet hujus litteræ permutatio ; namque non solùm in ח gutturalem transit, sed etiam in palatinas (conf. גִּיל, גּוּל et חִיל, חוּל ; גָּבַל et חָבַל) quæ sono ad guttur. *Kh* maximè accedunt.

חֹב m. undè cum suff. חָבְיִ *gremium meum* Job 31, 33. — Rad. חָבַב.

חָבָא ut חָבָה; inus. in Kal.

Niph. נֶחְבָּא, pl. 2, pers. נַחְבֹּתֶם

excluso א; part. plur. נֶחְבָּאִים; inf. חֶחְבָּא; fut. יֶחְבָּא; *abscondit se, latuit* Gen. 3, 10. Jos. 17, 27. Jud. 9, 5, etc. Job 29, 8 : *juniores abdebant se* i. e. præ metu meî aut pudore mihi cedebant. Vers. 10 : *vox ducum absondebatse* i. e. cohibebatur, silebant etiam proceres. Gen. 31, 27 : *absondisti te ad fugiendum* i. e. clàm fugisti.

Puh. plur. חֻבְאוּ *abscondere sè coacti sunt* Job 24, 4.

Hiph. הֶחְבִּיא, f. הֶחְבִּיאָה; cum ה parag. הֶחְבִּיאָתָה pro הֶחְבִּיאָה, mutat. ה fœmin. in ת de more, loco הֶחְבִּיאַתְהָ; fut. יַחְבִּיא; *abscondit, occultavit* Jos. 6, 17, 25 : 1 Reg. 18, 13. Jes. 49, 2.

Hoph. חָחְבָּא *abditus est* Jes. 42, 22.

Hithpah. הִתְחַבֵּא; part. מִתְחַבֵּא, pl. מִתְחַבְּאִים; fut. יִתְחַבֵּא, pl. in pausâ יִתְחַבְּאוּ; *abscondit se* 1 Sam. 14, 11, 22 : 2 Reg. 11, 3. Job 38, 30, etc.—Deriv. מַחְבֵּא, מַחְבֹּא.

חָבַב undè part. חֹבֵב *amans, fovens* Deut. 33. 3. — Deriv. חֹב.

חֹבָב n. pr. viri Num. 10, 29. Jud. 4, 11.

חָבָה undè imper. f. חֲבִי; ut חָבָא *abscondit se* Jes. 26, 20.

Niph. infin. הֵחָבֵה *abscondere se* 1 Reg. 22, 25 : 2 Reg. 7, 12, et irreg. נֶחְבָּה Jer. 49, 10, quod aliis est præteritum de solo *conatu se abscondendi* intelligendum. — Deriv. חֶבְיוֹן.

חָבוֹר n. pr. fluvius Mesopotamiæ. 2 Reg. 17, 6 : 1 Par. 5, 26, etc.

חַבּוּרָה f. suff. חַבֻּרְתִּי, pl. חַבֻּרוֹת, suff. חַבּוּרוֹתַי; *vibex* (*meurtrissure*) Gen. 4, 23. Jes. 1, 6. Ps. 38, 6, etc. — Rad. חָבַר.

חַבֻּרְתּוֹ חַבּוּרָה f. undè cum suff. *vibex ejus* Jes. 53, 5.—Rad. חָבַר.

חָבַט; part. act. חֹבֵט; fut. יַחְבֹּט; *decussit, excussit* baculo Deut. 24, 20. Jud. 6, 11. Ruth. 2, 17.

Niph. fut. יֵחָבֵט *excutietur* Jes. 28, 27.

חֲבַיָּה n. pr. viri Esr. 2, 6, etc.

חֶבְיוֹן m. *latibulum* Hab. 3, 4. — Rad. חָבָה.

חָבַל; part. act. חֹבֵל, pl. חֹבְלִים; pass. pl. חֲבֻלִים; inf. abs. חָבֹל; imper. חֲבֹל undè cum suff. חַבְּלֵהוּ; fut. יַחְבֹּל et יַחְבֹּל; 1) *ligavit, obstrinxit* (vicin. חָבַר). Zach. 11, 7, 14 : חֹבְלִים pr. *ligantes, constringentes*, undè *fœderati*; de nomine parabolico pedi pastoralis, nimirum de pedo funibus, ligaminibus constanti, quo effracto ; irritum evasit fraternum fœdus (conf. vers. 14). LXX σχοινισμά, Vulgat. *funiculi*. Al. *dolore afficientes* vel *perdentes* oppos. baculo נֹעַם *amœnitatis* i. e. gratiæ et clementiæ : sed invitâ prorsus orationis serie, ex quâ apparet, hunc baculum pariter atque priorem beneficiorum divinorum, non pœnarum symbolum esse. — 2) *pignore obstrinxit* aliquem, *pignus accepit* ab aliquo, cum accus. pers. Eze. 18, 16. Job 22, 6. Prov. 20, 16. it. cum accus. rei *in pignus sumpsit, accepit* aliquid Ex. 22, 25. Deut. 24, 6. Job 24, 3.— 3) *corruptè, pravè se gessit* Job 34, 31. Neh. 1, 7.

Niph. fut. יֵחָבֵל *perdetur, peribit* Prov. 13, 13.

Pih. חִבֵּל; part. pl. מְחַבְּלִים; inf.

חָבַל; fut. יַחְבֹּל; 1) *cum dolore enixa est, peperit* Ps. 7, 15. Cant. 8, 5. — 2) *corrupit, perdidit* Jes. 32, 7. Eccl. 5, 5, *vastavit* Jes. 13, 5. 54, 16. Mich. 2, 10. Cant. 2, 15.

Puh. חֻבַּל; 1) *corruptus est* Jes. 10, 27. — 2) *perditus*; i. e. *fractus est* Jes. 10, 27. — Deriv. תַּחְבֻּלוֹת, תַּחְבוּלוֹת et seqq.

חֶבֶל m. pl. חֲבָלִים, constr. חִבְלֵי, suff. חֶבְלֵיהֶם; *tormina, dolor* parturientium Jes. 13, 8. 66, 7. Hos. 13, 13. Metonym. *fœtus cum dolore editus* Job 39, 3, quemadmodum apud poet. græcos.

חֶבֶל masc. sed f. Soph. 2, 5. suff. חַבְלוֹ; pl. חֲבָלִים, constr. חִבְלֵי et חַבְלֵי, suff. חַבְלָיו; 1) *funis, funiculus* Jos. 2, 15. Eccl. 12, 6. Spec. a) *funiculus mensorius* 2 Sam. 8, 2. Amos 7, 17. — b) *funiculus aucupatorius, pedica, laqueus* Ps. 140, 6. Job 18, 10, *retia mortis, inferni* Ps. 18, 5, 6. 116, 3. — 2) Metonym. *portio agri* cujus divisio per *funes* fiebat Deut. 32, 9. Ps. 16, 6. Hinc *tractus terræ* quivis, *regio* Deut. 3, 4. Soph. 2, 5, etc. — 3) *manipulus* (*bande*), *caterva, socii itineris* à *colligando*, conf. אֲגֻדָּה) 1 Sam. 5, 10.

חֶבֶל m. *pignus* Eze. 18, 12, 16, etc.

חֲבָלָה fem. undè cum suff. חֲבָלָתוֹ *pignus ejus* Eze. 18, 7.

חֶבֶל m. *malus* navis Prov. 23, 34; sic vulgò, sed Gesenius nunc intelligit *funem ingentem nauticum*, fortasse spec. *funem ancorarium*.

חֹבֵל m. pl. חֹבְלִים undè constr. חוֹבְלֵי; suff. f. חוֹבְלַיִךְ; *nauta* Eze. 27, 8, 27, 28, 29. Jon. 1, 6.

חֲבַצֶּלֶת f. Jes. 35, 1. Cant. 2, 1. Veter. interpret. modò *lilium*, modò *narcissum* vertunt; Syrus verò in loco citato Jes. : חמצליתא *colchicum autumnale* ut volunt lexicographi Syri, i. e. flos pratensis et autumnalis, è bulbis venenosis proveniens, coloris albi et violacei. — Etymon habet in trilitt. בָּצָל *cepa*, ex quo simul et חָמֵץ *acidus*, conflatur, juxta Ewald (*Das Hohelied Salomon. Seit* 69), qui apprimè notat Syr. inter pr. litteram מ retinuisse; vel, quod censet Gesenius, præponitur ח radici (*Lehrgeb.* S. 863).

חֲבַצִּנְיָה n. pr. viri Jer. 35, 3.

חָבַק undè part. חֹבֵק, f. חֹבֶקֶת; inf. constr. חַבֵּק; *complicuit, amplexatus est* Eccl. 3, 5. 4, 5. *Amplexans filium* i. e. concipiens 2 Reg. 4, 16.

Pih. חִבֵּק; inf. חַבֵּק, fut. יְחַבֵּק, suff. cum נ epenthet. יְחַבְּקֶנָּה; 1) *complicuit* manus, *iners fuit* Eccl. 4, 5. — 2) *amplexus est*, cum accus. Gen. 33, 4. Prov. 4, 8, etc., cum dat. Gen. 29, 13, 48, 10. *Amplecti rupem* i. e. ad rupem confugere Job 24, 8, *stercora* i. e. in eis recumbere, vel, quod magis arridet, quærere an sit in eis quid alimenti. Conf. 2 Reg. 18, 27. — Indè

חִבֻּק m. *complicatio* manuum, *inertia* Prov. 6, 10. 24, 33.

חֲבַקּוּק n. pr. viri Hab. 2, 1.

חָבַר; part. act. חֹבֵר; f. חֹבֶרֶת, pl. חֹבְרוֹת; pass. חָבוּר undè constr. חֲבוּר, pr. *ligavit, colligavit* (vicin. חָבַל), hinc 1) intrans. *conjunctus est, cohæsit* Ex. 26, 3. Eze. 1, 9, etc., de hominibus *consociatus est* Gen. 14, 3. Hos. 4, 17. — 2) *vinxit, fascinavit, in-*

cantavit, (conf. gr. καταδέω; κατάδεσμος) Deut. 18, 11. Ps. 58, 6.

Pih. חִבֵּר; inf. חַבֵּר; fut. יְחַבֵּר; 1) *conjunxit, connexuit* Ex. 26, 6 seq. — 2) *consociavit* 2 Chron. 20, 36.

Puh. חֻבַּר; fut. יְחֻבַּר Eccl. 9, 4 in Keri; cum suff. et excidente Daguesch forti יְחֻבָּרְךָ; 1) *conjunctus est* Ex. 28, 7, etc. Ps. 122, 3: *conjuncta fuit sibi* (*civitas*) i. e. continuis ædibus tota sibi cohærens. — 2) *consociatus est* Ps. 94, 20, ubi sensus est: *num conveniet tibi cum solio perverso et iniquo?*

Hiph. fut. cum ה parag. אַחְבִּירָה *conjungerem, necterem* (*contra vos* בְּמִלִּים *verba*, vel *fœdus inirem verbis*) Job 16, 4.

Hithp. אֶתְחַבַּר ex chaldaïsmo, pro הִתְחַבַּר; inf. ex syriasmo הִתְחַבְּרוּת; cum suff. הִתְחַבְּרֶךָ; fut. יִתְחַבַּר, *consociavit se* Dan. 11, 6, 23: 2 Par. 20, 35, 37. — Deriv. חֲבוּרָה, חֲבוּרָה, מְחַבְּרוֹת, מַחְבֶּרֶת et seqq.

חַבַּר m. pl. חַבָּרִים *socii*, de piscatoribus Job 40, 30.

חָבֵר m. suff. חֲבֵרוֹ; pl. חֲבֵרִים, constr. חַבְרֵי, suff. חֲבֵרָיו; *socius, sodalis*, Jes. 1, 23. Eccl. 4, 10. Cant. 8, 13, etc.

חֶבֶר m. in pausâ חֶבֶר; pl. חֲבָרִים, suff. fem. חֲבָרַיִךְ; 1) *societas, consociatio* Hos. 6, 9. Prov. 21, 9. 25, 24. — 2) *incantatio*, Deut. 18, 11. Jes. 47, 9, 12. Ps. 58, 6. — 3) n. pr. viror. Jud. 4, 11: 1 Par. 8, 17, etc. et Gen. 46, 17, pro quo חֶבֶר Num. 26, 45. Nom. patronym. חֶבְרִי Num. 26, 45.

חֲבַרְבֻּרוֹת f. pl. *maculæ variæ*, Jer. 13, 23.

חֲבֻרָה f. *sodalitium* Job. 34, 10.

חֶבְרוֹן n. pr. 1) urbis antiquæ in tribu Juda, olim קִרְיַת־אַרְבַּע dictæ: Gen. 13, 18. Jos. 15, 13, etc. — 2) viror. Ex. 6, 18: 1 Par. 2, 42, 5, 28. Nom. patronym. חֶבְרֹנִי Num. 3, 27.

חֲבֶרְתְּךָ fem. undè cum suff. חֲבֶרְתֵּךְ *socia, uxor tua* Mal. 2, 14.

חֹבֶרֶת f. undè in pausâ חֹבֶרֶת *junctura, commissura* Ex. 26, 4, 10.

חָבַשׁ; part. act. חֹבֵשׁ, pass. חָבוּשׁ, pl. חֲבוּשִׁים et חֲבֻשִׁים; inf. constr. חֲבֹשׁ, suff. f. חֲבָשָׁהּ; imper. חֲבֹשׁ; fut. יַחֲבֹשׁ et יַחְבֹּשׁ, cum ה parag. אֶחְבְּשָׁה; 1) *ligavit, alligavit, colligavit* Ex. 29, 9. Jes. 1, 6. Job 5, 18, etc. — 2) *stravit, instravit* jumenta Gen. 22, 3. Jud. 19, 10, etc. — 3) *obstruxit, clausit* Job 40, 13 (8). — 4) *coërcuit, imperio dominatus est* juxta quosdam, haud parum quidem congruè Job 34, 17.

Pih. חִבֵּשׁ; part. מְחַבֵּשׁ; 1) *obligavit* Ps. 147, 3. — 2) *coërcuit, cohibuit* Job 28, 11.

Puh. חֻבַּשׁ *obligatus est* Jes. 1, 6. Eze. 30, 21.

חֲבָתִים m. plur. *quæ friguntur in sartagine, coctilia* 1 Par. 9, 31. Conf. מַחֲבַת. — Rad. חבת forsan ut arab. חَبَزَ *panem coxit.*

חָג m. cum artic. הֶחָג, cum prepos. כְּחָג, בְּחָג pro כְּהֶחָג, בְּהֶחָג; constr. חַג etiam ante לְ; suff. חַגְּךָ; pl. חַגִּים, suff. חַגֵּיכֶם; 1) *festum* Ex. 10, 9. Num. 29, 12. Amos 5, 21: 2 Par. 6, 3. — 2) meton. *sacrificium festivum, victima* Ex. 23, 18. Mal. 2, 3. Ps. 118, 27. Jes. 29, 1. — Rad. חָגַג.

חִגָּא f. *tremor, pavor* Jes. 19, 17.

Plures codices habent חָגָּה. — Rad. חָגַג.

חָגָב m. pl. חֲגָבִים; 1) *locusta*, alata esuque licita Lev. 11, 22. Num. 13, 34. Jes. 40, 22, etc.— 2) n. pr. viri Esr. 2, 46. — Rad. חגב; arab. חגב (hadjab) *texit, velavit*. Haud rarò locustæ in Oriente tanto agmine congregantur ut solem terræque superficiem occultent.

חֲגָבָה n. pr. viri Esr. 2, 45, etc.

Hithp. הִתְיַצֵּב; fut. יִתְיַצֵּב et יִתְיַצַּב, 2 pers. f. תִּתְיַצֵּב pro תִּתְיַצַּבִי; 1) *sistit se, adstitit* Ex. 2, 4 etc. seq. לִפְנֵי vel עַל pers. Ex. 8, 16. Zach. 6, 5. Job 1, 6; sed seq. עַל *surrexit contra* Ps. 2, 2. — 2) *stetit* seq. לִפְנֵי *coram* aliquo i. e. ministravit ei Prov. 22, 29; *constitit* ut victor coram hoste, seq. בִּפְנֵי, לִפְנֵי, עִם, Deut. 7, 24 etc., vel ut justus coram judice Ps. 5, 6. — 3) *adstitit, adfuit alicui* Ps. 94, 16.

יָצַג rad. ficta, vid. נָצַג.

יִצְהָר m. 1) *oleum* maximè recens Num. 18, 12. Deut. 7, 13 etc. *Filii olei* i. e. uncti Zach. 4, 14. Indè est verbum denom. הִצְהִיר — 2) n. pr. viri Ex. 6, 18 etc. Num. 3, 19. Patron. יִצְהָרִי Num. 3, 27. Rad. צָהַר ut affine זָהַר q. vid.

יִצְחָק n. pr. *Isaac* Gen. 17, 17 etc. Scribitur יִשְׁחָק Jer. 33, 26 etc.

יִצְחָר n. pr. viri 1 Par. 4, 7.

יְצִיא m. יְצִיאֵי מֵעָיו *egressi è lumbis ejus* (conf. Ex. 1, 5) i. e. filii ejus 2 Par. 32, 21 in Keri. — Rad. יָצָא.

יָצַע *stravit* (conf. coguat. יָצַב,

נָצַב et יָצַק in Hiph.); undè part. pass. יָצוּעַ, suff. יְצוּעִי, pl. constr. יְצוּעֵי, suff. יְצוּעַי; subst. 1) *stratum, lectus* Gen. 49, 4. Ps. 63, 7. Job 17, 13 etc. — 2) *substructum, tabulatum* 1 Reg. 6, 5, 6, 10.

Puh. יֻצַּע *substratus est, pro lecto fuit* Jes. 14, 11. Esth. 4, 3. Aliis est fut. Hoph. sed perperàm, prout videtur, nam in utroque loco syntaxis præter. efflagitat.

Hiph. הֵצִיעַ, undè fut. יַצִּיעַ et cum ה parag. אַצִּיעָה; *stravit, stratum fecit* Jes. 58, 5. Ps. 139. 8. — Forma Hiph. hæcce possit esse à rad. נָצַע haud secus ac Deriv. מַצָּע.

יָצַק; part. pass. יָצוּק, pl. יְצוּקִים et יְצֻקִים, f. יְצֻקוֹת; infin. constr. צֶקֶת; imper. יְצֹק et צֹק; fut. יִצֹּק quasi à rad. נָצַק, cum ו convers. וַיִּצֹק; 1) *fudit, effudit* liquida Gen. 28, 18. Ex. 29, 7 etc., statuas vasaque ænea Ex. 25, 12 etc. Part. יָצוּק *fusus* 1 Reg. 7, 24, 30, hinc *durus, firmus*, metalli fusi instar Job 41, 15, 16. Metaph. Ps. 41, 9. — 2) *effudit se* 1 Reg. 22, 35. Job 38, 38: *cùm pulvis crassior* (עָפָר) *fundit se in massam fusilem* i. e. cùm multo imbre massæ fusilis instar colliquescit.

Hiph. 1) ut Kal., indè part. fem. מוֹצֶקֶת *effundens* 2 Reg. 4, 5 in Keri ubi in Chethib מיצקת quod alii מְיַצֶּקֶת in Pih. efferunt, alii מֵיצֶקֶת ad formam מֵינֶקֶת à rad. יָנַק. — 2) הֵצִיג à נָצַג *posuit, collocavit;* fut. pl. יַצִּיקוּ 2 Sam. 15, 24 et cum suff. יַצִּיקֵם Jos. 7, 23, formam habent à rad. נָצַק.

Hoph. הוּצַק; part. מֻצָק vel מוּצָק (vid. etiam inter nomina deriv.); fut. יוּצַק; 1) *effusus est* Lev. 21, 10. Job 22, 16 etc. — 2) *fusus est* è metallo 1 Reg. 7, 23. Job 37, 18 etc. Metaph. *firmus, intrepidus fuit* Job 11, 15. — Deriv. מֻצָק, מוּצָקָה, מְצֻקָת et יְצֻקָה f. undè cum suff. יְצֻקָתוֹ *fusio, fusura ejus* 1 Reg. 7, 24; de pl. יְצֻקוֹת vid. Kal radicis.

יֹצֵר, part. act. יוֹצֵר, suff. יֹצֶרְךָ, pl. יוֹצְרִים, constr. יוֹצְרֵי; fut. אֶצֹר, quasi à נָצַר, undè cum suff. אֲצָרֶךָּ Jer. 1, 5 in Keri, cum ו convers. וַיֵּצֶר, וַיִּיצֶר et וַיּוֹצֶר, cum suff. יְצָרָהוּ, pl. יָצְרוּ; 1) *finxit, formavit* manibus Jes. 44, 6, 9, 12. 54, 17; sed sæpè de Deo creatore ut Ps. 74, 17. Jes. 45, 18 etc. Part. יוֹצֵר subst. *figulus* 2 Sam. 17, 28. Ps. 2, 9 etc., *artifex* statuarum fusilium Jes. 44, 9, *creator* de Deo Jes. 43, 1 etc. De יוֹצֵר Zach. 11, 13, vid. pag. 245. — 2) seq. ל *formavit ad aliquid, destinavit alicui rei* Jes. 42, 6. 44, 21 etc. — 3) *animo formavit, excogitavit, meditatus est* 2 Reg. 19, 25, seq. עַל *contra aliquem* Jer. 18, 11. Ps. 94, 20. — 4) ut cognat. צוּר, sed intrans. *coarctatus, angustus fuit* Jes. 49, 19. Job 18, 7. Prov. 4, 12. Alibi seq. ל, impers. *angustum fuit ei*, i. e. vel in rebus *angustis versàtus est* Jud. 2, 15. 10, 9. Job 20, 22, vel *in angore fuit* Gen. 32, 8: 1 Sam. 30, 6 (ubi in fem. וַתֵּצַר לוֹ), vel *doluit, mœruit* 2 Sam. 13, 12.

Niph. נִוֹצַר *formatus est* Jes. 43, 10.

Puh. יֻצַּר *formatus, destinatus est* Ps. 139, 16.

Hoph. fut. יוּצַר *formabitur* Jes. 54, 17. — Deriv. seq.

יֵצֶר m. suff. יִצְרוֹ; 1) *formatio* Ps.

103, 14, et metonym. *opus fictile* Jes. 29, 16, spec. *idolum* Hab. 2, 18. — 2) metaph. *cogitatio, meditatio* Gen. 8, 21. 6, 5. Deut. 31, 21. Jes. 26, 3. — 3) n. pr. viri Gen. 46, 24. Patronym. יִצְרִי Num. 26, 49, quod est etiam n. pr. viri 1 Par. 25, 11, pro quo צָרְרִי legitur vers. 5.

יְצָרִים m. plur. pr. *formata*, hinc poët. *membra* ut benè Vulgat. Job 17, 7.

יָצַת undè fut. יִצַּת (quasi à rad. נָצַת) pl. in pausâ יִצְּתוּ pro יִצְּתוּ; 1) *incendit, accendit*, seq. בְּ Jes. 9, 1. — 2) intrans. addito בָּאֵשׁ, *incensus est*, Jes. 33, 12. Jer. 49, 2. 51, 58.

Niph. נִצַּת (quasi à נָצַת) *incensus, combustus est* Jer. 2, 15. Neh. 1, 3 etc. — 2) metaph. *exarsit* irâ, seq. בְּ *in aliquem* 2 Reg. 22, 13, 17.

Hiph. הוֹצִית undè 2 Sam. 14, 30 in Chethib occurrit 1 pers. cum suff. הוֹצִיתִיהָ, quod repugnat contextui. Alibi est הִצִּית (quasi à נָצַת); 1 pers. הִצַּתִּי pro הִצַּתְתִּי; part. מַצִּית; imper. pl. cum suff. הַצִּיתוּהָ (2 Sam. 14, 30 in Keri), quod contextui convenit; fut. יַצִּית, cum ו conv. et seq. Makkeph וַיְצַת־; *incendit* Jer. 51, 30, addito בָּאֵשׁ Jos. 8, 19. Jer. 32, 19; הִצִּית אֵשׁ seq. בְּ vel עַל *ignem intulit alicui rei* Jer. 11, 16. Thren. 4, 11. Amos 1, 14 etc.

יֶקֶב m. suff. יִקְבֶּךָ (sine Daguesch leni in בּ); pl. יְקָבִים, const. יִקְבֵי, suff. יִקְבֶיךָ; 1) *cupa* (*cuve*) *torcularis inferior* in quam mustum ex superiori (גַּת) destillat Joël 2, 24. Prov. 3, 10. — 2) *tota machina torcularis, torcular ipsum* Deut. 15, 14. Zach. 14, 10. Job 24, 11. — Rad. יקב affinis נָקַב *effodit*.

יְקַבְצְאֵל et קַבְצְאֵל n. pr. oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 21 Neh. 11, 25 etc.

יָקַד, undè part. act. f. יֹקֶדֶת; inf. constr. יְקֹד et יְקוֹד; fut. יִקַּד, sed f. cum ו conv. וַתִּיקַד; *arsit, exarsit* Deut. 32, 22. Jes. 10, 16. 65, 5. Part. pass. יָקוּד *accensum, materia accensa foci* Jes. 30, 14.

Hoph. fut. יוּקַד *incendetur* Lev. 6, 2, 5, 6 etc., metaph. de irâ Jer. 15, 14. 17, 4. — Deriv. מוֹקֵדָה, מוֹקָד.

יְקַדְעָם n. pr. oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 56.

יֶקֶא m. Prov. 30, 1, pr. *vomens*, ut rectè Vulgat. Est autem nomen symbolicum quo significatur divus psaltes David qui eructavit permulta cantica sacra. Conf. אָגוּר (pag. 9) qui vocatur *filius* יָקֶא. — Rad. יקא vicin. קוּא *vomere, rejicere*.

יְקָהָה vel יְקֻהָה f. undè constr. יְקַהַת; *obedientia, obsequium* Gen. 49, 10. Prov. 30, 17. — Rad. יקה ut arab. וקה *obedivit*.

יְקוֹד vid. rad. יָקַד.

יְקוֹם m. *quidquid subsistit, vivit*, in his terris Gen. 7, 4, 23. Deut. 11, 6. — Rad. קוּם in samarit. *vivere*.

יָקוּשׁ et יָקוּשׁ m. pl. יְקוּשִׁים; *auceps* Jer. 5, 26. Hos. 9, 8. Ps. 91, 3. Prov. 6, 5. — Rad. יָקַשׁ.

יְקוּתִיאֵל n. pr. viri 1 Par. 4, 18.

יָקְטָן n. pr. viri Gen. 10, 25.

יָקִים n. pr. viror. 1 Par. 8, 19 etc.

יָקִיר m. *carus, pretiosus* Jer. 31, 20. — Rad. יָקַר.

יָקְמְעָם n. pr. viror. 1 Par. 2, 41 etc.

יָקְמְעָם nom. pr. viri 1 Par. 23, 19 etc.

יָקְמְעָם n. pr. oppidi in tribu Ephraïm 1 Reg. 4, 12 etc.

יָקְנְעָם n. pr. oppidi in tribu Zabulon Jos. 12, 22 etc.

יָקַע usit. solùm in fut. יִקַּע; 1) pr. *pependit* luxatus, hinc *luxatus est* de membro Gen. 32, 25. — 2) metaph. *divulsus, abalienatus est* ab aliquo (conf. affin. נָקַע) Jer. 6, 8. Eze. 23, 17, 18.

Hiph. הוֹקִיעַ; imp. הוֹקַע, fut. cum ו convers. et suff. וַיּוֹקִיעֵם; *suspendit, affixit palo;* quo supplicio membra luxantur Num. 25, 4: 2 Sam. 21, 6, 9.

Hoph. part. pl. מוּקָעִים *suspensi* 2 Sam. 21, 18.

יָקַץ usit. in solo fut. יִיקַץ et יִקַץ, cum ו convers. וַיִּיקַץ et וַיִּקַץ; *evigilavit* Gen. 9, 24. 41, 4: 1 Reg. 18, 27. Hab. 2, 7. Pro præt. usurpatur forma הֵקִיץ Hiph. radicis קוּץ.

יָקַר; fut. יִיקַר, יִקַּר et יִקַּר; 1) *pretiosus fuit* 1 Sam. 26, 21. Ps. 49, 9 etc. — 2) forsan *difficilis fuit* intellectu Ps. 139, 17 (Conf. Dan. 2, 11), aliis tamen est *pretiosus fuit.* — 3) *magni æstimatus est* Zach. 11, 13. — 4) *honoratus est* 1 Sam. 18, 30.

Hiph. הוֹקִיר, undè imper. הַקַּר; fut. יוֹקִיר; *rarum fecit* Jes. 13, 12. Prov. 25, 17. — Deriv. יַקִּיר et seq.

יָקָר m. constr. יְקַר; pl. יְקָרִים; f. יְקָרָה, pl. יְקָרוֹת; 1) *pretiosus* 1 Reg. 5, 13. 10, 2 etc. Metaph. Ps. 36, 8 etc. — 2) *carus* Ps. 45, 10 ubi בִּיקָרוֹתַיִךְ *inter caras tuas* puellas, cum Daguesch euphon. pro בִּיקָרוֹתַיִךְ. — 3) *honoratus* Eccl. 10, 1. — 4) *splendidus* Job. 31, 26. — 5) *rarus* 1 Sam. 3, 1. — 6) forsan *quietus* Prov. 17, 27 in Keri, collat. arab. وقر *quietus, mansuetus fuit*, et suadente contextu.

יֶקֶר m.; suff. f. יִקְרָהּ; 1) *pretium* Zach. 11, 13. Prov. 20, 15, metonym. *res pretiosa, pretiosum quid* Jer. 20, 5. Job 28, 10. — 2) *honor, dignitas* Ps. 49, 13, 21. Esth. 1, 20. — 3) *magnificentia* Esth. 1, 4.

יָקַשׁ, undè 1 pers. יָקַשְׁתִּי (futur. יִקְשׁוֹן est à rad. קוּשׁ); ut cognat. נָקַשׁ et קוּשׁ *aucupatus est, tendiculam posuit* Jer. 50, 24. Ps. 141, 9. Part. pl. יוֹקְשִׁים *aucupes* Ps. 124, 7.

Niph. נוֹקַשׁ, fut. יִוָּקֵשׁ; *illaqueatus est* Jes. 8, 15. 28, 13. Prov. 6, 2. Metaph. Deut. 7, 25.

Puh. part. plur. יוֹקְשִׁים pro מְיוֹקָשִׁים *irretiti* Eccl. 9, 12. — Deriv. מוֹקֵשׁ et יָקוּשׁ.

יָקְשָׁן n. pr. filii Abraham Gen. 25, 2, 3.

יָקְתְאֵל n. pr. 1) oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 38. — 2) alterius in Arabiâ 2 Reg. 14, 7.

יָרֵא et יָרֵא; infin. constr. יְרֹא, cum ה parag. יְרָאָה, et suff. יִרְאָתוֹ quod utrumque inter nomina vid.; imper. יְרֵא, pl. יִרְאוּ, pro יִרְאוּ; fut. יִירָא et יִרָא, cum suff. et נ epenth. יִירָאֵנוּ, plur. cum נ paragog. et in pausâ יִרְאוּן, f. תִּירְאֶן; 1) *timuit* Gen. 3, 10. 15, 1 etc. seq. accus. vel מִן et מִפְּנֵי ejus quod timetur Num. 14, 9. Jos. 11, 6. Ps. 3, 7 etc.; seq. לְ *timuit alicui* pers. vel rei Jos. 9, 24. Prov. 31, 22, it. seq. לְ et מִן cum infin. *timuit aliquid facere* Gen. 19,

30. Ex. 3, 6 etc.; seq. מִן *timuit ne* quid fieret Gen. 31, 31. 32, 12. — 2) *veritus, reveritus est* seq. accus. vel מִן Lev. 19, 3, 30: 1 Sam. 14, 26, spec. Deum Ex. 14, 31 etc., hinc *coluit* eum et *pius fuit* Lev. 19, 14. Mich. 7, 17. Prov. 3, 7 etc.; seq. מִלִּפְנֵי Eccl. 8, 12, 13, sed omisso Dei nomine Jer. 44, 10. — Pro תִּרְאִי vel תִּרְאָי (Jes. 60, 5) quod utrumque ad רָאָה pertinet, plures accurati codices habent תִּרְאִי vel תִּירְאִי à rad. יָרֵא. Porrò notio *videndi* quam præ se fert prior lectio contextui non repugnat, ut quidam volunt; neque posteriori *tremendi præ gaudio* sensum tribuatur, necesse est. Vid. Vitringa, Comment. in hunc locum. — Quoad יוֹרֵא Prov. 11, 25, vid. Hoph. rad. יָרָה.

Niph. part. נוֹרָא, f. נוֹרָאָה; fut. יִוָּרֵא; 1) *terribilis, timendus, venerabilis, augustus* Gen. 28, 17. Ex. 15, 11. Ps. 99, 3. Job 37, 22. — 2) *horrendus*, Deut. 1, 19. Joël 2, 11 etc. — 3) *stupendus, admirandus* Ps. 66, 3, 5. Plur. f. נוֹרָאוֹת *præclara facinora* Deut. 10, 21: 2 Sam. 7, 23, adv. *mirabiliter* Ps. 65, 6. 139, 14.

Pih. יֵרֵא; part. pl. מְיָרְאִים, inf. יָרֵא, undè cum suff. יְרָאָם; *terruit* 2 Sam. 14, 15. Neh. 6, 9, 14: 2 Par. 32, 18. — Deriv. מוֹרָא et seq.

יָרֵא m. constr. יְרֵא, plur. יְרֵאִים, constr. יִרְאֵי; cum suff. יְרֵאֶיךָ; fem. יִרְאָה, undè constr. יִרְאַת; 1) *timens, venerans* Gen. 32, 12. Prov. 31, 30. Eccl. 8, 13. Seq. accus. 2 Reg. 4, 1, מִן Jer. 42, 16, מִפְּנֵי Deut. 7, 19. Jer. 42, 11, alibi genitiv., hinc *timens Dei* i. e. *religiosus, pius* Gen. 22, 12. Job. 1, 1, 8. 2, 3. — 2) *timidus* Deut. 20, 8.

יִרְאָה f. constr. יִרְאַת; suff. יִרְאָתִי; 1) pr. infin. *timere, revereri*, hinc constr. cum accus. Deut. 4. 10: 2 Sam. 3, 11. Neh. 1, 11 etc. — 2) subst. *timor*, tam quo quis timet Jon. 1, 10. Ps. 55, 6, quàm quo quid timetur Deut. 2, 25. Jes. 7, 25 etc. — 2) sæpiùs *reverentia* erga Deum, *pietas* (*la crainte de Dieu*) Jes. 11, 2. Prov. 1, 7 etc. — 3) meton. *doctrina divina* Ps. 19, 10, ità, omisso יְהוָה, Job. 4, 6. 15, 4.

יִרְאוֹן n. pr. oppidi in tribu Nephtali Jos. 19, 38.

יִרְאִיָּה n. pr. viri Jer. 37, 13.

יָרִב vid. in rad. רִיב.

יְרֻבַּעַל *Baal litiget*, cognomen Gedeonis Jud. 6, 32, pro quo יְרֻבֶּשֶׁת *pudor, pudendum* i. e. idolum *contendat* 2 Sam. 11, 21.

יְרָבְעָם n. pr. duorum regum decem tribuum 1 Reg. 11, 26: 2 Reg. 13, 13 etc.

יָרַד; part. act. יוֹרֵד, pl. יוֹרְדִים; f. יוֹרֶדֶת et יוֹרְדָת, pl. יוֹרְדוֹת; infin. absol. יָרֹד; constr. יְרֹד, undè cum suff. יְרָדִי; formâ defectivâ רֶדֶת, רְדָה et רְדַת, cum suff. רִדְתּוֹ; imper. רֵד, רְדָה et רֶד, in pausâ רֲדָה; fut. יֵרֵד, cum ו convers. וַיֵּרֶד, in pausâ וַיֵּרַד; 1) *descendit*. Dicitur in genere quoties è regione, vel è loco edito in depressiorem itur, spec. de iis qui ad fontem, flumen mare progrediuntur Gen. 24, 16. Ex. 2, 5. Jes. 42, 10, qui exeunt ex urbe Ruth 3, 3 etc. Dicitur etiam de rebus inanimatis, ut de flumine, pluviâ Deut. 9, 21. Ps. 72, 6,

de viâ Num. 34, 11. Jos. 18, 13 etc., de die inclinante Jud. 19, 11. Locum quorsùm descenditur præceduntpart. אֶל, לְ 2 Sam. 11, 9. Cant. 6, 2 etc., vel accus. Ps. 55, 16. Job 7, 9 etc., hinc Jer. 9, 17. 13, 17. 14, 17. Ps. 119, 136. Thren. 1, 16. 3, 48 vertend. *oculus descendit rivos aquarum, lacrymas* etc. pro *in rivos aquarum* et *lacrymarum* i. e. ingentem lacrymarum copiam emisit; ut patet ex Jes. 15, 3 : יֹרֵד בַּבֶּכִי *descendens in fletum.* — 2) *dejectus est, concidit* Jes. 34, 7. Hagg. 2, 22, de rebus inanim. Deut. 28, 52. Jes. 32, 19 etc., metaph. *è statu felici ad infelicem detrusus est* Deut. 28, 43.

Hiph. הוֹרִיד; part. מוֹרִיד; infin. הוֹרִיד; imper. הוֹרֵד et הוֹרִיד; fut. יוֹרִיד, apocop. יוֹרֵד, *descendere fecit* quocumque modo, hinc spec. *deduxit* aliquem Gen. 44, 21. Jud. 7, 4, *demisit* Jos. 2, 15, 18, *deorsùm misit* 1 Sam. 2, 6. Esr. 20, 20, *detrusit* Jes. 10, 13. Ps. 56, 8, *subjecit* 2 Sam. 22, 48, *detulit* aliquid Gen. 37, 25. 43, 11, 22, *dejecit* Hos. 7, 12. Prov. 21, 22.

Hoph. הוּרַד; fut. יוּרַד; *deductus est* Gen. 39, 1, *demissus est* Num. 10, 17, *detrusus est* Jes. 14, 11. Eze. 31, 18. — Deriv. מוֹרָד.

יֶרֶד n. pr. viror. Gen. 5, 15 etc.

יַרְדֵּן n. pr. *Jordanes*, fluvius Palæstinæ Gen. 13, 10 etc. Ps. 42, 7 : *terra Jordanis* i. e. regio Jordani vicina : sed Job 40, 18 (23) poët. pro quovis majore fluvio usurpatur.

יָרָה; part. act. יוֹרֶה, pl. יוֹרִים; infin. absol. ירה, constr. יְרוֹת et יְרֹא; imper. יְרֵה; fut. יִירֶה, undè pl. cum suff. נִירֵם pro נִירֶם; 1) *jecit, projecit* Ex. 15, 4, sortem Jos. 18, 6, sagittam 1 Sam. 20, 36. Ps. 11, 2. Part. יוֹרֶה *sagittarius* 1 Par. 10, 3. — 2) *fundavit, collocavit* Gen. 31, 31. Job 38, 6. — 3) *conspersit, irrigavit* Hos. 6, 3; cætera vid. in יוֹרֶה pag. 245.

Niph. fut. יִוָּרֶה *sgittis conficietur* Ex. 19, 13.

Hiph. הוֹרָה; infin. הוֹרוֹת; imper. הוֹרֵה, undè cum suff. הוֹרֵנִי; fut. יוֹרֶה, cum ו convers. וַיּוֹרֶה, pl. יֹרוּ, et in Chethib 2 Sam. 11, 24 יֹארוּ; 1) *jecit* Job 30, 19, spec. sagittas 1 Sam. 20, 36. Part. plur. מוֹרִים et in Chethib 2 Sam. 11, 24 מוֹרְאִים, *sagittarii* 1 Sam. 31, 6. — 2) *conspersit, irrigavit*, undè part. מוֹרֶה pr. *irrigans*, hinc *pluvia prima* (ut יוֹרֶה pag. 245) Joël 2, 23. Ps. 84, 7. — 3) pr. forsan *manum emisit, extendit* spec. *ad demonstrandum*, hinc *monstravit, indicavit* Gen. 46, 28. Ex. 15, 25. Prov. 6, 13. — Indè *docuit, instituit* Ex. 35, 34. Mich. 3, 11. Constr. cum accus. pers. et rei, cum בְּ rei; rariùs אֶל vel מִן, et dat. pers. Deut. 33, 10. Jes. 2, 3. Hab. 2, 18. Ps. 25, 8. 27, 11. Job 6, 24 etc.

Hoph. fut. יוּרָא *conspergetur* Prov. 11, 25, forsan pro יוּרֶה.

יָרַהּ, forsan ut vicin. יָרֵא, יָרֵעַ pr. *tremuit*, hinc *præ metu attonitus fuit*, ut arab. وَرِهَ. Indè fut. pl. תִּירְהוּ, vel, ut duo codic. habent, תִּירָהוּ *attoniti sitis* Jes. 44, 8, 1. LXX

πλανᾶσθε; cæteræ version. *timendi* sensum exprimunt, quasi idem sit quod תִּירְאוּ.

יִרוּאֵל n. pr. deserti 2 Par. 20, 16.

יִרוֹחַ n. pr. viri 1 Par. 5, 14.

יָרוֹק m. *viride*, *herba virens* Job 39, 8. — Rad. יָרַק.

יְרוּשָׁה et יְרוּשָׁא n. pr. mul. 2 Reg. 15, 33 : 2 Par. 27, 1.

יְרוּשָׁלַיִם, vulgò יְרוּשָׁלֶם (quod forsan יְרוּשָׁלֶם proferendum), antiquitùs (Gen. 14, 18) et poët. (Ps. 76, 3) שָׁלֵם; n. pr. *Jerusalem*, metropolis Palæstinæ Jos. 10, 1. Jer. 28, 18 : 1 Chron. 3, 5 etc.

יָרֵחַ masc. suff. יַרְחֵךְ; *luna* Gen. 37, 9. Jos. 10, 12 etc. Ps. 72, 5 : *in conspectu lunæ* i. e. quamdiù luna micabit.

יֶרַח m. pl. יְרָחִים, constr. יַרְחֵי; 1) *mensis lunaris* Hebræorum Deut. 21, 16 : 1 Reg. 6, 37. Job 3, 6 etc. — 2) n. pr. populi et regionis Arabiæ Gen. 10, 26.

יְרֵחוֹ, יְרִיחוֹ et יְרִיחָה; nom. pr. *Jericho*, urbs Palæstinæ celeberrima in tribu Benjamin Num. 22, 1. Jos. 2, 1 : 1 Reg. 16, 34.

יִרְחָם n. pr. viror. 1 Sam. 1, 1 etc.

יְרַחְמְאֵל n. pr. viror. 1 Par. 2, 9 etc. — Patronym. יְרַחְמְאֵלִי 1 Sam. 27, 10.

יַרְחָע n. pr. viri 1 Par. 2, 34.

יָרַט 1) *exitialis*, *perniciosus fuit* Num. 22, 32. — 2) *præcipitem dedit*, *præcipitavit*, *conjecit* ut arab. ורט in 2ª conjug. Indè fut. cum suff. יְרָטֵנִי *conjecit me*. LXX ἔῤῥιψε, Vulg. *tradidit me*. Not. יְרָטֵנִי cum lineolâ Metheg pro יְרַטֵּנִי esse, et absque Metheg ad rad. רָטָה pertinere; quæ, si reverâ exstat, eamdem signif. habere debet atque rad. יָרַט, utpotè ipsi affinis.

יִרְיָאֵל n. pr. viri 1 Par. 7, 2.

יָרִיב m. undè cum suff. f. יְרִיבֵךְ; pl. cum suff. יְרִיבַי; 1) *adversarius* Jes. 49, 25. Jer. 18, 19. Ps. 35, 1. — 2) n. pr. viri pro quo יָכִין 1 Par. 4, 24, alterius Esr. 8, 16. — Rad. רִיב.

יְרִיבַי n. pr. viri 1 Par. 11, 46.

יְרִיאֵל et יְרִיאֵהוּ n. pr. viri 1 Par. 23, 19. 24, 23 etc.

יְרִיחוֹ vid. יְרֵחוֹ.

יְרִימוֹת vid. יְרִמוֹת.

יְרִימוֹת n. pr. viri 1 Par. 7, 8.

יְרִיעָה f. pl. יְרִיעוֹת; *velum*, *aulæum* (*rideau*) Ex. 26, 1. Jes. 54, 2. Cant. 1, 5 etc. — Rad. יָרַע.

יְרִיעוֹת n. pr. mul. 1 Par. 2, 18.

יֶרֶךְ c. constr. יֶרֶךְ, suff. יְרֵכוֹ; dual. יְרֵכַיִם, suff. f. יְרֵכַיִךְ; 1) pr. forsan *pars mollis* corporis i. e. geminum membrum crassum et carnosum quod ab inferiori dorsi parte (מָתְנַיִם *lumbis*), seu ab imâ dorsi spinâ ad crura (שׁוֹקִים) pertinet; hinc, prout ex variis, in quibus occurrit locis, planè intelligitur, notat modò *femur*, modò *femen*, modò (in dual.) *duo femina cum natibus*. כַּף הַיָּרֵךְ *coxa cum clune* Gen. 32, 25, 32. *Femur ferire* i. e. lugere et indignari Jer. 3, 31, 19. Eze. 21, 17. Metonym. et synecdoch. *partes genitales*, *membrum genitale* Num. 5, 21, 27, hinc יוֹצְאֵי יֶרֶךְ *progeniti*, *filii* Gen. 46, 26. Ex. 1, 5. Jud. 8, 30; *clunis* bestiæ Eze. 24, 4. — 2) metaph. de rebus inanim., hinc

a) *scapus* candelabri sacri Ex. 25, 31. 37, 17. — b) *latus* tentorii Ex. 40, 22, 24, aræ Lev. 1, 11: 2 Reg. 16, 14. — Rad. יָרַךְ forsan ferè ut cognat. רָכַךְ *mollis fuit.*

יַרְכָה vel יֶרֶךְ f. ut יָרֵךְ n. 2 sed tantùm de rebus inanim. usurpatur; semel in sing. Gen. 49, 13: יַרְכָתוֹ *latus, limes* terræ *ejus*. Dual. יַרְכָתַיִם, constr. יַרְכְתֵי et in Chethib 1 Reg. 6, 16 יַרְכוֹתֵי; 1) *partes posticæ, aversæ, latera postica* tentorii Ex. 26, 23, templi 1 Reg. 6, 16. Eze. 32, 23. — 2) in interiori spatio *partes extremæ, recessus, penetralia* ut domus Ps. 128, 3, navis Jon. 1, 5, speluncæ 1 Sam. 24, 4. — 3) *regiones remotissimæ* Jes. 14, 13. Jer. 6, 22. 25, 32. — Rad. יָרַךְ.

יַרְמוּת n. pr. oppidi 1) in tribu Judâ Jos. 10, 3. Neh. 11, 29 29 etc. — 2) in tribu Issachar Jos. 21, 29.

יְרֵמוֹת et יְרִימוֹת nom. pr. viror. Esr. 10, 26: 1 Chron. 8, 14. 23, 23 etc.

יְרֵמַי n. pr. viri Esr. 10, 33.

יִרְמְיָה et יִרְמְיָהוּ *Jeremias* n. pr. illustrissimi prophetæ Jer. 1, 1. Dan. 9, 2 etc. et alior. viror. Neh. 10, 3 etc.

יָרַע; fut. יֵרַע, plur. יִרְעוּ; 1) forsan *tremuit* (conf. cognat. יָרֵא, יָרֵהּ et alias rad. quæ syllabam primariam רע habent, ut רָעַד, רָעַל, רָעַשׁ, רָעַם). Jes. 15, 4: נַפְשׁוֹ יָרְעָה לוֹ *animus ejus contremuit ei* præ pavore. Syr. Chald. et Vulgat. ad רוּעַ retulerunt, quippè consentiunt in *clamandi*, et *vociferandi* significatione, nec contextu, nec linguæ analogiâ faventibus. LXX et arab. *cognoscendi, animadvertendi* sensum reddidêre, sed errore manifesto ידעה pro יראה legerunt. — 2) ut רוּעַ et רָעַע *malus fuit*, sed impers. seq. לְ *malè fuit, cessit alicui* Ps. 106, 32, seq. בְּעֵינֵי פ' *malum visum est alicui, displicuit ei* Gen. 22, 11. Jes. 59, 15 etc., * etiam 2 Sam. 11, 25 ubi אֶת־הַדָּבָר expressio adverbialis est, ut in loco parallelo 1 Chron. 21, 7 עַל־הַדָּבָר, non autem nominativus seu subjectum verbi *; seq. לְ id. Neh. 13 8 et, ad vim sententiæ augendam, addito רָעָה גְדוֹלָה Neh. 2, 10. Jon. 4, 1. — 3) *noxius, perniciosus fuit* 2 Sam. 20, 6. — 4) *malignus, invidus fuit* oculus Deut. 15, 9. 28, 54, it. *morosus, tristis fuit* vultus Neh. 2, 2, animus Deut. 15, 10: 1 Sam. 1, 8. — Deriv. יְרִיעָה.

יִרְפְּאֵל n. pr. oppidi in tribu Benjamin Jos. 18, 27.

יָרַק; inf. abs. יָרֹק; 1) ut רָקַק *spuit* Num. 12, 14. Deut. 25, 9. — 2) *viruit* herba (conf. arab. وَرَقَ *fronduit* arbor), undè deriv. יָרוֹק et seq.

יֶרֶק m. constr. יֶרֶק; *viride, viror* 2 Reg. 19, 26. Jes. 37, 27, spec. *olus viride* Deut. 11, 10: 1 Reg. 21, 2. Prov. 15, 17.

יֶרֶק m. *viror*, undè *viror plantæ, graminis* i. e. planta viridis, gramen viride Gen. 1, 30. 9, 3. Ps. 37, 2, sed seorsim positum, est concret. *viride* (*la verdure*) agrorum et arborum Ex. 10, 15. Num. 22, 4. Jes. 15, 6.

יֵרָקוֹן m. 1) *pallor* faciei Jer. 30, 6. — 2) *flavedo, rubigo* segetis Deut. 28, 22: 1 Reg. 8, 37. Amos 4, 9.

יְרַקְרַק m. pl. f. יְרַקְרַקּוֹת; 1) *subviridis* vel *subflavus* Lev. 13, 49. 14, 37.—2) *pallor, flavedo* auri Ps. 68, 14.

יָרַשׁ et יָרַשׁ; part. act. יוֹרֵשׁ, pl. יוֹרְשִׁים, f. יוֹרֶשֶׁת; infin. constr. רֶשֶׁת, cum suff. f. יְרֻשָּׁתָהּ; imper. יְרַשׁ, cum ה parag. et in pausâ יְרָשָׁה, it. רַשׁ, in pausâ רָשׁ; fut. יִירַשׁ et יִרַשׁ; 1) *hæres factus est* Gen. 21, 10, seq. accus. pers. *alicujus* Gen. 15, 3, 4, seq. acc. rei Num. 36, 8. Part. יוֹרֵשׁ *hæres* Jer. 49, 1. — 2) generatim *occupavit*, maximè *vi* 1 Reg. 21, 14, hinc seq. accus. pers. *occupavit aliquem* i. e. bona ejus, *expulit, ejecit* eum è possessione, *in ejus locum successit* Deut. 2, 12. 31, 3. Jud. 11, 23. Jes. 54, 3. Jer. 49, 2. Prov. 30, 23 etc.— 3) *possedit* Lev. 25, 46. Deut. 19, 14 etc. Sæpè de terrâ sanctâ Israëlitis antiquitùs promissâ.

Niph. נוֹרַשׁ *ad summam inopiam redactus est* (conf. cognat. רוּשׁ *depauperari*). Indè fut. יִוָּרֵשׁ Gen. 45, 11. Prov. 20, 13. 23, 21.

Pih. יֵרֵשׁ, undè infin. cum suff. יְרִשָׁנוּ; fut. יְיָרֵשׁ; 1) *occupavit* Deut. 28, 42.—2) *pauperem reddidit* Jud. 14, 15.

Hiph. הוֹרִישׁ; part. מוֹרִישׁ; infin. הוֹרֵשׁ, הוֹרִישׁ et הוֹרִישׁ; fut. יוֹרִישׁ, cum ו convers. וַיּוֹרֶשׁ; 1) *possidere fecit, hæredem instituit* seq. acc. pers. et rei Jud. 12, 24 : 2 Par. 2, 20, metaph. de peccatis tanquàm hæreditate transmissis i. e. imputatis Job 13, 26, seq. ל pers. Esr. 9, 12. — 2) *occupavit* Num. 14, 24. Jos. 8, 7. Jud. 1, 19 etc. —3) *è possessione expulit* (*déposséder*) Ex. 34, 24. Num. 32, 21. Deut. 4, 38, hinc generatim *expulit* Job 20, 15. — 4) *pauperem reddidit* 1 Sam. 2, 7. — 5) *delevit, perdidit* Num. 14, 12. — Deriv. יְרֻשָּׁה, מוֹרָשׁ, מוֹרָשָׁה, תִּירוֹשׁ et

יְרֻשָׁה et יְרֻשָּׁה fem. constr. יְרֻשַׁת, suff. יְרֻשָּׁתוֹ; *possessio* Num. 24, 18. Deut. 2, 5 etc.

יִשְׂחָק vid. יִצְחָק.

יִשְׁמָאֵל n. pr. viri 1 Par. 4, 36.

יָשַׂם 1) *posuit* ut cognat. שׂוּם. Indè fut. cum ו convers. et cum ה parag. וָאָשִׂימָה Jud. 12, 3 in Chethib, ubi Keri babet וְאָשִׁימָה à שׂוּם. — 2) intrans. *positus est*, undè fut. convers. וַיָּשֶׂם Gen. 50, 26 et 24, 3 in Chethib, ubi in Keri וַיּוּשָׂם, Hoph. à שׂוּם.

יִשְׂרָאֵל *Israël* n. pr. 1) Jacobi à Deo inditi Gen. 32, 28 etc. Hinc *Israël, filii Israël* sunt *omnes Israëlis posteri*, *Israëlitæ* Gen. 34, 7. 49, 7, it. *terra Israël* 1 Sam. 13, 19 etc. et simpl. Israël in femin. genere Jes. 19, 24 est *Palæstina*. Emphaticè *Israël* de Israëlitis virtutibus hocce nomine dignis (Conf. Joan. 1, 48, et Rom. 9, 6). Jes. 49, 3. Ps. 73, 1. — 2) *populi Israëlitici* quo sensu frequentissimè occurrit Ex. 3, 13. Lev. 20, 2. Num. 10, 5 etc. — 3) *regni Israëlitici* post Salomonis tempora 1 Reg. 12, 1 etc. — 4) *judaïci regni* in Paralip. et passim in Prophetis, ut Jes. 1, 3. 4, 2. 5, 7. 10, 20. Mich. 1, 14. Nom. gent. יִשְׂרְאֵלִי f. יִשְׂרְאֵלִית *Israëlita* 2 Sam. 17, 25. Lev. 24, 10.

יִשָּׂשכָר *Issachar* n. pr. filii Jacobi

Gen. 30, 18, de cujus posteris agitur Jos. 19, 17-23.

יֵשׁ et seq. Makkeph יֵשׁ־; 1) *quod adest*, gr. οὐσία, *opes*; sic forsan Prov. 8, 21.—2) alibi pro *verbo substantivo* usurpatur, nullo numeri vel temporis discrimine Gen. 28, 16 etc.: 2 Reg. 2, 16: יֵשׁ וְיֵשׁ *reverà ità est*. יֵשׁ אֲשֶׁר *sunt, erunt qui* Neh. 5, 2. יֵשׁ לִי *habeo* Gen. 44, 7.. Cum suff. יֶשְׁךָ *tu es* Jud. 6, 36; יֶשְׁכֶם *vos estis* Gen. 24, 49, יֶשְׁנוֹ *is est* Deut. 29, 14. Esth. 3, 8. — Rad. ישה.

יָשַׁב; part. act. יוֹשֵׁב, cum י parag. יֹשְׁבִי, f. יוֹשָׁבָה, יוֹשֶׁבֶת, per syncop. יֹשַׁבְתִּ Jer. 22, 23 in Keri, ubi Chethib habet יֹשַׁבְתִּי cum י parag., pass. יָשׁוּב; inf. absol. יָשׁוֹב, constr. שֶׁבֶת, cum suff. שִׁבְתִּי; imper. שֵׁב, cum ה parag. שָׁבָה; fut. יֵשֵׁב, cum ו conv. וַיֵּשֶׁב, cum ה parag. יֵשְׁבָה, in pausâ יֵשֶׁבָה; 1) *consedit* absol. Gen. 27, 19, seq. ל loci Ps. 9, 5 etc., et cum dat. pleon. Gen. 21, 16. It. *sedit* seq. בְּ, עַל et poët. accus. loci Gen. 19, 1: 1 Reg. 2, 19. Ps. 80, 2 etc. Porrò *sedere* dicuntur judices cùm jus dicunt, reges soliis insidentes, insidiantes, qui in aliquem impetum moliuntur etc. — *Sedit cum* (עִם) *aliquo* i. e. consuetudinem, consortium habuit cum eo Ps. 26, 4, 5. *A dextrâ alicujus sedit* vid. in יָמִין pag. 251. — 2) *mansit* Gen. 24, 55. 29, 10, seq. acc. loci 25, 27, cum dat. pleon. 22, 5, seq. dat. pers. *mansit, exspectavit aliquem* Ex. 24, 14. Quoad וַתֵּשֶׁב Gen. 49, 24, vid. pag. 33, in אֵיתָן. — 3) *habitavit* Gen. 13, 6 etc. seq. בְּ, עַל et acc. loci Gen. 4, 20 Lev. 25, 18. Deut. 17, 14. Part. יוֹשֵׁב subst. *incola* Gen. 19, 25 etc., sed *accola* Eze. 26, 17. — 4) pass. *habitatus fuit* locus Jes. 13, 20. Jer. 17, 6, 25. Eze. 26, 20.

Niph. נוֹשַׁב; part. f. נוֹשֶׁבֶת, pl. נוֹשָׁבוֹת; *habitatus est* Ex. 16, 35. Jer. 6, 8. Eze. 12, 20 etc.

Pih. יִשֵּׁב *considere fecit, collocavit* Eze. 25, 4.

Hiph. cum artic. pro re lat. שׁ seu הַהוֹשִׁיב אֲשֶׁר, 1 pers. הוֹשַׁבְתִּי et הוֹשֶׁבוֹתִי; part. מוֹשִׁיב et cum י parag. הוֹשִׁיבִי; imper. הוֹשֵׁב, pl. הוֹשִׁיבוּ; fut. יוֹשִׁיב, cum ו conv. וַיּוֹשֶׁב, cum suff. 1 Reg. 2, 24 in Keri יוֹשִׁבַנִי pro quo in Chethib legitur יוֹשִׁיבֵנִי; 1) *sedere fecit* 1 Sam. 2, 8: 1 Reg. 21, 9. — 2) *habitare fecit* Gen. 47, 6: 2 Reg. 17, 26. Ps. 68, 7. 113, 7. It. *cohabitare secum fecit* mulierem i. e. in matrimonium duxit Esr. 10, 2. Neh. 13, 27. — 3) *habitare fecit* terram Jes. 54, 3. Eze. 36, 33.

Hoph. הוּשַׁב; fut. יוּשַׁב; 1) *habitare factus est* Jes. 5, 8. — 2) *habitatus est* 44, 26. — Deriv. שִׁיבָה, תּוֹשָׁב, מוֹשָׁב.

יִשְׁבַּעַל n. pr. viri 2 Sam. 23, 8 qui et יִשְׁבָּעָם 1 Par. 11, 11. 27, 2.

יִשְׁבָּאָב n. pr. viri 1 Par. 24, 13.

יִשְׁבָּח n. pr. viri 1 Par. 4, 17.

יִשְׁבִּי לַחֶם n. pr. viri 1 Par. 4, 22.

יִשְׁבּוֹ בְּנֹב n. pr. viri 2 Sam. 21, 16, ubi Keri יִשְׁבִּי בְנֹב habet.

יִשְׁבָּעָם n. pr. vid. יִשְׁבַּעַל.

יִשְׁבָּק n. pr. viri Gen. 25, 2.

יִשְׁבָּקָשָׁה n. pr. viri 1 Par. 25, 4, 24.

יְשׁוּב n. pr. 1) viri Esr. 10, 29. — 2) alterius cujus patronym. יְשֻׁבִי Num. 26, 24.

יְשׁוּהָ n. pr. viri Gen. 46, 17.

יִשְׁוִי n. pr. viror. Gen. 46, 17 etc.

יְשׁוּחִיָּה n. pr. viri 1 Par. 4, 36.

יְשׁוּעַ n. pr. viror. Esr. 2, 2 etc.

יְשׁוּעָה f. cum ה paragog. יְשׁוּעָתָה et יְשֻׁעָתָה, constr. יְשׁוּעַת, suff. יְשׁוּעָתוֹ et יְשֻׁעָתוֹ; plur. יְשׁוּעוֹת et יְשֻׁעוֹת; 1) pr. part. pass. *servatum, salvum* Jes. 26, 1, 18. — 2) subst. *liberatio, salus, auxilium* Ex. 14, 13. Job 30, 15. — 3) *victoria* 1 Sam. 14, 45. Hab. 3, 8: 2 Par. 20, 17. — Rad. יָשַׁע.

יְשַׁח m. undè cum suff. יְשְׁחֵךְ *depressio, humiliatio tua* Mich. 6, 14; sic vulgò, collat. vicin. שׁוּחַ *dèprimi;* al. *corruptio, morbus*, quod magis placet Castel, utpotè contextui maximè accommodum, et cum antiquissimis versionib. congruum; al. *fames*, collat. arab. وحش *fame exinanitus fuit;* et quia præcedit: *comedes, sed non satiaberis*, sequiturque: *in ventre tuo.* — Rad. ישח.

יָשַׁט undè Hiph. fut. יוֹשִׁיט, et cum ו conv. וַיּוֹשֶׁט; ut chald. et syr. *extendit* Esth. 4, 11. 5, 2. 8, 4.

יִשַׁי n. pr. pater Davidis 1 Sam. 16, 1 etc.

יִשְׁיָה n. pr. viror. Esr. 10, 31 etc.

יִשִׁיָּהוּ n. pr. viri 1 Par. 12, 6.

יְשִׁימוֹן et יְשִׁמֹן m. *vastitas, solitudo* Deut. 32, 10. Jes. 43, 19. Ps. 68, 8 etc. — Rad. יָשַׁם.

יְשִׁימוֹת fem. pl. *desolationes, exitium* (Rad. יָשַׁם) Ps. 55, 16, in Chethib. ubi Keri cum codic. optimis et antiq. versionib. refert יַשִּׁיאֵם מָוֶת *decipiat mors, ex improviso irruat.*

יְשִׁישִׁים masc. plur. יְשִׁישִׁים; pr. *canus*, hinc *senex* Job 12, 12. 15, 10 etc. — Rad. ישׁשׁ i. q. שׁוּשׁ *albus, canus fuit*, ut ex derivatis colligitur.

יִשִׁישַׁי n. pr. viri 1 Par. 5, 14.

יָשַׁם ut cognat. שָׁמַם *vastatus est.* Indè fut. f, תֵּשַׁם Gen. 47, 19. Eze. 12, 19. 19, 7, sed plur. תִּישַׁמְנָה Eze. 6, 6.

יִשְׁמָא n. pr. viri 1 Chron. 4, 3.

יִשְׁמָעֵאל *Ismaël* n. pr. 1) filii Abrahami Gen. 25, 12 etc. Patronym. יִשְׁמְעֵאלִי 1 Par. 2, 17. 28, 3, pl. יִשְׁמְעֵאלִים *Ismaëlitæ, Arabes ab Ismaële oriundi* Gen. 37, 25. Jud. 8, 24 etc. — 2) viror. alior. Esr. 10, 22 etc.

יִשְׁמַעְיָה n. pr. viri 1 Par. 12, 4.

יִשְׁמַעְיָהוּ n. pr. viri 1 Par. 27, 19.

יִשְׁמְרַי n. pr. viri 1 Par. 8, 18.

יָשַׁן et יְשֵׁן, infin. constr. יְשׁוֹן; fut. יִישַׁן et יִשַׁן, cum ה parag. et in pausâ אִישְׁנָה; 1) *dormivit* Gen. 2, 21. Jes. 5, 27. Ps. 4, 9 etc. Trop. de morte Jer. 51, 39, 57. Job 3, 13, de segnitie Ps. 44, 24. 78, 65.

Niph. נוֹשַׁן, part. נוֹשָׁן, f. נוֹשֶׁנֶת; *inveteravit, inveteratus est* Lev. 13, 11. 26, 10 et Deut. 4, 25, ubi de hominibus dicitur qui in terrâ quâdam habitaverant. — Deriv. שְׁנָה, שֵׁנָת et seq.

יָשָׁן m. f. יְשָׁנָה; *vetus* Lev. 25, 22. Jes. 22, 11. Neh. 3, 6 etc.

יָשֵׁן m. fem. יְשֵׁנָה ; pl. m. יְשֵׁנִים ; constr. יְשֵׁנֵי ; 1) part. et adj. verb. *dormiens* 1 Sam. 26, 7. Ps, 78, 65 etc. — 2) n. pr. viri 2 Sam. 23, 32, pro quo הָשֵׁם 1 Par. 11, 34.

יְשָׁנָה n. pr. oppidi Judæ 2 Par. 13, 19.

יָשַׁע undè Niph. נוֹשַׁע ; fut. יוֹשַׁע et יֹשַׁע, cum ה parag. et in pausâ יוֹשִׁיעָה ; 1) *liberatus, servatus est* Num. 19, 10. Ps. 33, 16. — 2) *auxilium accepit* Jes. 30, 15. 45, 17. — 3) *salvus, sospes fuit* Ps. 80, 4, 8.—4) *vicit* Deut. 33, 29, hinc part. act. נוֹשֵׁעַ *victor* Zach. 9, 9. Ps. 33, 16.

Hiph. præt. et inf. הוֹשִׁיעַ et הוֹשַׁע ; part. מוֹשִׁיעַ ; imper. הוֹשַׁע, cum ה parag. הוֹשִׁיעָה ; fut. יוֹשִׁיעַ, et servato ה, יְהוֹשִׁיעַ, apocop. יֹשַׁע et cum ו convers. וַיּוֹשַׁע ; 1) *liberavit, servavit* Jud. 2, 16. Ps. 7, 2 etc. — 2) *adjuvit, opitulatus est*, absol. Jes. 45, 20, seq. accus. Ex. 2, 17 : 2 Sam. 10, 19. Ps. 3, 8 etc., seq. ל Jos. 10, 6. Eze. 34, 22. Ps. 72, 4 etc. — 3) *victoriam dedit* Deus seq. ל Deut. 20, 4. Jos. 22, 22 : 2 Sam. 8, 6, 14. Frequens formula : *manus mea, aut brachium meum mihi tulit opem* duplicem sensum habet, vel *meâ ipsius*, nemine opitulante, *victoriam retuli* Jud. 7, 2. Jes. 59, 16. 63, 5. Job 40, 9 (14) Ps. 44. 4. 98, 1, vel ultionem privatam *sumpsi* 1 Sam. 25, 26, 33. —Deriv. יְשׁוּעָה, מוֹשָׁעוֹת, יְשׁוּעָה et יֵשַׁע et יֶשַׁע m. suff. יְשָׁעֲךָ, in pausâ יְשָׁעֲךָ et יְשָׁעֲךָ ; 1) *liberatio, auxilium* Jes. 5, 5. 17, 10. Mich. 7, 7. Ps. 12, 6 etc. — 2) *salus* Jes. 61, 10. Ps. 132, 16. Job 5, 4, 11.

יִשְׁעִי n. pr. viror. 1 Par. 2, 31 etc.

יְשַׁעְיָהוּ *Isaias* n. pr. illustrissimi prophetæ et alior. viror. Jes. 1, 1 : 1 Par. 25, 3. 26, 25 etc.

יִשַׁעְיָה n. pr. viror. Esr. 8, 7 etc.

יְשְׁפֵה et יִשְׁפֵה m. *jaspis*, gemma varii coloris Ex. 28, 20. 39, 13. Eze. 28, 13. — Origo prorsùs ignota.

יִשְׁפָּה n. pr. viri 1 Par. 8, 16.

יִשְׁפָּן n. pr. viri 1 Par. 8, 22.

יָשַׁר ; fut. יִשַׁר, יִשֹׁר ; 1) ut cognat. אָשַׁר *rectus fuit*, imprim. de viâ 1 Sam. 6, 12, ubi vox וַיְשַׁרְנָה *et rectæ erant, rectè procedebant* inviâ juvencæ, habet Dagh. forte in ש, et ן formativ. masc. pro ת (Conf. Gen. 30, 38. Dan. 8, 22). In sensu morali et cum בְּעֵינַי, *rectum visum est, placuit alicui* Num. 23, 27. Jud. 14, 3 etc. —2) *æquus, planus, compositus fuit* animus Hab. 2, 4.

Pih. יִשֵּׁר ; part. מְיַשֵּׁר ; imper. יַשֵּׁר ; fut. יְיַשֵּׁר ; 1) *rectam fecit* viam, i. e. rectà, à dolo et malitiâ alienus Prov. 9, 15. Dicitur de Deo cùm efficit ut res alicui benè et feliciter cedant Prov. 3, 6. 11, 5. Indè *direxit* Job 37, 3 : 2 Chron. 32, 30. —2) *rectum habuit, bonum existimavit* Ps. 119, 128. — 3) *complanavit* viam Jes. 40, 3. 45, 13.

Puh. part. מְיֻשָּׁה *complanatum ductum* aurum 1 Reg. 6, 35.

Hiph. imper. הוֹשַׁר *complana* Ps. 5, 9 in Chethib, ubi Keri habet הַיְשַׁר ; fut. plur. וְיוֹשִׁירוּ *rectum faciant* scil. visum i. e. rectâ prospiciant

Prov. 4, 25. — Deriv. מֵישָׁר, מִישׁוֹר et seq.

יָשָׁר m. constr. יְשַׁר, pl. יְשָׁרִים, constr. יִשְׁרֵי, fem. יְשָׁרָה, pl. יְשָׁרוֹת; 1) *rectus* Eze. 1, 7, 23. Job 33, 27. Hinc sensu morali a) *gratum*, *placitum* Deut. 12, 25. Jud. 17, 6 etc. — b) *rectus*, *probus* Dan. 11, 17. Ps. 7, 11. Job 1, 1 etc., et subst. Neutr. *probitas* Ps. 37, 37. 111, 8. — c) *verax*, *veridicus* Deut. 32, 4. Ps. 33, 4. 119, 137. — 2) *planus* de viâ Jer. 31, 7, hinc *facilis*, *promptus* ad aliquid faciendum 2 Par. 29, 34, it. *felix*, *prosper* Esr. 8, 21.

יָשָׁר n. pr. viri 1 Par. 2, 18.

יֹשֶׁר m. 1) *rectitudo* viæ Prov. 2, 13. 4, 11.—2) translatè a) *rectum*, *jus fasque* Prov. 11, 24. Cum suff. יָשְׁרִי *quod fieri debet ab eo*, *officium ejus* Job 33, 23. Prov. 14, 2. — b) *verum*, *rectum* verbum Job 6, 25. — c) *probitas*, *integritas* Deut. 9, 5. Ps. 25, 21. 119, 7. Job 33, 3.

יְשַׁרְאֵלָה n. pr. viri 1 Par. 25, 14.

יְשֻׁרָה vel יְשָׁרָה, undè constr. יְשֻׁרַת *probitas* 1 Reg. 3, 6.

יְשֻׁרוּן m. *Jeschouroun*, nomen populi Israëlitici poëticum Deut. 32, 15. 33, 5, 26. Jes. 44, 2. De significatione disputatur; aliis est diminutivum יָשָׁר valens *rectulus*, *justulus*, aliis diminut. nominis יִשְׂרָאֵל, nobis verò probabiliùs videtur *felicem*, *fortunatum* significare, à verbo יָשַׁר collatâ vicinâ rad. אָשַׁר *felix fuit*.

יָשִׁישׁ masc. pr. *canus*, hinc *senex* 2 Par. 36, 17.—Rad. יָשַׁשׁ.

יְתֵד fem. constr. יִתַּד, pl. יְתֵדוֹת, constr. יִתְדוֹת, cum suff. יִתְדֹתָיו; 1) *clavus* (*clou*) Jes. 22, 25. Eze. 15,3, spec. *paxillus tentorii* Eze. 27, 19. Jud. 4, 21 etc. *Pangere paxillum* Hebræis haud secus atque Arabibus sedem firmam et stabilem signat Jes. 22, 23, hinc יְתֵד *sedes stabiles* Esr. 9, 8. Metaph. *princeps* Zach. 10, 4.—2) *pala*, *spatha* Deut. 23, 14. Jud. 16, 14. — Rad. יתד, conf. arab. وتد *firmavit*, *firmiter adegit*.

יָתוֹם m. pl. יְתוֹמִים. suff. יְתוֹמָיו; *pupillus*, *orphanus*, utroque parente orbatus Ex. 22, 12, 23. Deut. 10, 18. Ps. 10, 14 etc., patre tantùm Job 24, 9. — Rad. יָתַם.

יְתוּר (à rad. תּוּר ut יְקוּם à קוּם) m. *pervestigatio*, mctonym. *pervestigatum* et *pervestigando repertum* Job 39, 8.

יַתִּיר n. pr. oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 48 etc.

יִתְלָה n. pr. oppidi in tribu Dan Jos 19, 42.

יִתָּם undè fut. in pausâ אֵיתָם *solitarius vivam* Ps. 19, 14; ità nonnulli, sed plures codices exhibent אֵתָם *integer ero* à תָּמַם, quod præfero.

יִתְמָה n. pr. viri 1 Par. 11, 46.

יַתְנִיאֵל n. pr. viri 1 Par. 26, 2.

יִתְנָן n. pr. oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 23.

יָתַר, cujus part. act. יוֹתֵר, fem. יוֹתֶרֶת vid. pag. 245; 1) *redundavit*. — 2) *abundavit*. — 3) *reliquus fuit*, *superfuit*.—4) *modum excessit*, hinc *excelluit*. — 5) ut in arab. et æthiop. وتر *tetendit*, *extendit*,

Niph. נוֹתַר; fut. יִוָּתֵר, et retracto

tono יוֹתֵר ; 1) *relictus est* Ex. 10, 15. Num. 26, 65, it. *remansit* Gen. 32, 24. Part. נוֹתָר, fem. נוֹתֶרֶת *reliquus, a, um* Gen. 30, 36. Ex, 28, 10 etc. — 2) forsan *excelluit, victor remansit* Dan. 10, 13, favent saltem huic sensui quæ præcedunt et quæ sequuntur.

Hiph. הוֹתִיר ; infin. absol. הוֹתֵר, constr. הוֹתִיר ; imper. הוֹתֵר ; fut. יוֹתִיר, apoc. יוֹתֵר et יוֹתַר ; 1) *abundare fecit* seq. acc. pers. et בְּ rei Deut. 28, 11. 30, 9. — 2) *reliquum fecit, reliquit* Ex. 10, 15. 12, 10. Jes. 1, 9 etc.—3) *excelluit* Gen. 49, 4 ubi אַל תּוֹתַר *non excelles* i. e. emolumenta (de quibus agitur in versu 3) non reportabis. — Derivat. יוֹתֵר, מִיתָר, מוֹתָר, יַתִּיר · יוֹתֶרֶת et seq.

יֶתֶר m. suff. יִתְרוֹ, plur. יְתָרִים ; 1) *abundantia* Ps. 17, 14. Job 22, 20, adv. *abundè, valdè* Jes. 56, 12. Dan. 8, 9, pleniùs עַל יֶתֶר Ps. 31, 24. — 2) *residuum, reliquæ* Jud. 7, 6 : 2 Sam. 10, 10. Joël 1, 14. — 3) *excellentia, eminentia* Gen. 49, 3. Prov. 17, 7. — 4) ut in arab. *restis, funis, chorda, nervus* Jud. 16, 7. Ps. 11, 2. Job 30, 11 : יִתְרוֹ פִּתַּח *funiculum* i. e. frenum *suum solvit ;* ubi Keri habet יִתְרִי *frenum meum* i. e. frenum quod ei injeceram.—5) n. pr. viror. Ex. 4, 18. Jud. 8, 20 etc. Patron. יִתְרִי 2 Sam. 23, 38.

יִתְרָא n. pr. viri 2 Sam. 17, 26.

יִתְרָה f. constr. יִתְרַת ; *reliquum* Jes. 15, 7. Jer. 48, 36.

יִתְרוֹ n. pr. viri Ex. 3, 1. 4, 18.

יִתְרוֹן masc. 1) *excellentia, præstantia* Eccl. 2, 13. — 2) *emolumentum* Eccl. 1, 3. 2, 11. 3, 9. 5, 8 etc.

יִתְרָן n. pr. viri 1 Par, 7, 37.

יִתְרְעָם n. pr. viri 2 Sam. 3, 3 etc.

יִתֵּת n. pr. viri Gen. 36, 40.

כ

כ Undecima alphabeti littera hebraïce כַּף *Caph* sonans ; in numeralibus valet *viginti.*—Permutatur cum aliis palatinis ג, י, ק, et cum gutturali ח.

כְּ, antè monosyllaba passim כָּ (vid. Grammat.), suff. כָּהֵם, כָּכֶם, כָּהֵנָּה ; cum syllabâ parag. מוֹ, כָּמוֹ, suff. כָּמֹנִי, כָּמוֹהוּ, כָּמוֹךָ ; particula præfix. *comparationis, assimilationis, accommodationis, similitudinis* et *convenientiæ*, cujus varii significatus ad sequentes facilè revocantur ; 1) *instar, ad modum, ut, velut, tanquàm* Gen. 21, 16 : 1 Sam. 25, 36: Ps. 1, 3 etc. Bis repetitum כְּ־וְכְ, כְּ־כְ et כְּ־כֵן a) *sicut-ità* Lev. 7, 7. Num. 15, 15. Hos. 4, 9 etc., et vicissim, licet rariùs, *ità-sicut* Gen. 18, 25. 44, 18. Ps. 139, 12. — b) *tàm-quàm* Lev. 24, 16. Deut. 1, 17. Eze. 18, 4 ; it. *qualis-talis* Jos. 14, 11 : 1 Sam. 30, 24, et *quùm-statim* Ps. 48, 5. — 2) *quomodò, quo pacto* post verbum יָדַע *novit* Eccl. 11, 8. — 3) *circiter*, ubi de numero et mensurâ vel spatii vel temporis, agitur Ex. 11, 4. Num. 11, 31: 1 Reg. 22, 6. Ruth. 2, 17 etc. — 4) *secundùm, juxtà* gr. κατά Gen. 1, 26. Jos. 6, 15. Ps. 7, 18, כַּיּוֹם, כְּהַיּוֹם, vid. in יוֹם pag. 243. — 5) Infinitivo præfixum a) *sicut, quemadmodum*

Jes. 5, 24. 10, 15. — 6) *quùm*, *simul atque* Gen. 39, 18: 1 Sam. 5, 10: 1 Reg. 1, 21. Etiam de futuro tempore, in sententiâ conditionali Gen. 44, 30: כְּבֹאִי אֶל־אָבִי *si adirem patrem meum;* et vers. 31: כִּרְאֹתוֹ *si videret ille.* — Quoad sensum intensivum *quàm fieri potest maximè* (gr. ὡς, ὅσον, lat. *quàm*, superlativo præmissa), quem particulæ כְּ tribuit Gesenius (in Lexic. hebr.), nullo nititur fundamento; quippè in omnibus exemplis ab eo prolatis, nihil aliud significat quàm *ut, veluti;* si quid enim intensi præ se fert sensus sententiarum Num. 11, 1: 1 Sam. 11, 27. Jes. 1, 7, 9. 26, 20. Hos. 11, 4. Ps. 73, 19. Prov. 10, 20. Thren. 1, 20. Neh. 7, 2, illud nequaquàm particulæ ipsi tribuendum, sed vocabulis quibus præmittitur. — Rad. כֵּן, vel כֹּה, vel, sicut Gesenio placet, כִּי.

כַּאֲשֶׁר (ex כְּ et אֲשֶׁר); pr. 1) *sicut is qui, ea quæ, id quod.* Job 29, 25: *Ut qui* (כַּאֲשֶׁר) *lugentes consolatur.* —2) *secundum id quod*, indè a) *tantùm quantùm* Gen. 34, 12: 1 Sam. 2, 16. — b) *quemadmodùm* antè integras tantùm sententias Gen. 7, 9. Jes. 9, 2 etc. — c) *quia, quòd* Num. 27, 14. Mich. 3, 4 etc. — 3) *quasi, ut si* Zach. 10, 6. Job 10, 19. — 4) *quùm, postquàm* seq. præt. Gen. 32, 10. Ex. 17, 11: 1 Sam. 8, 6, it. *quandò, si* seq. fut. Eccl. 4, 17, 5. 3; et ità seq. præt. in formul. desperantis Esth. 4, 16: *si periero, periero* i. e. *si perire me oportet, perire haud pigebit.* Gen. 43, 14: *si liberis orbari me necesse sit, miserrimæ huic sorti me quietus subjiciam.*

כָּאַב vel כָּאֵב, undè part. act. כּוֹאֵב, pl. כֹּאֲבִים; fut. יִכְאַב; *doluit* sive corpore, sive animo, *dolore affectus fuit* Gen. 34, 25. Ps. 63, 90, seq. עַל causæ Job 14, 22.

Hiph. הִכְאִיב; part. מַכְאִיב; fut. יַכְאִיב; *dolore affecit* Eze. 13, 22. Job 5, 18 etc., de agro i. e. *perdidit, pessumdedit* 2 Reg. 13, 19; figuræ hujus generis haud raræ erant apud Hebræos.— Deriv. מַכְאֹב et

כְּאֵב m. constr. etiam כִּאֲבֵי; suff. כְּאֵבִי; *dolor* corporis Job 2, 13. 16, 6, animi Jes. 65, 14.

כָּאָה (conf. vicin. כָּהָה et קָהָה), undè Niph. נִכְאָה; part. constr. נִכְאֵה; *animo fracto et demisso fuit* Dan. 11, 30. Ps. 109, 16. Ellipticè dicitur Job 30, 8: נִכְאוּ מִן הָאָרֶץ *animo fracto fuêre è terrâ* pro: *ubi è terrâ expulsi sunt* (cum Dagh. euphon. in Caph., vel, ut alii volunt נִכְאוּ ad rad. נָכָא pertinet).

Hiph. infin. הַכְאוֹת *dolore afficere* Eze. 13, 22. — Indè

כְּאֶה m. undè pl. כְּאִים *attriti animo, tristes* Ps. 10, 10 in Keri, sed vid. חֲלָכָה pag. 205.

כָּבֵד et כָּבַד; fut. יִכְבַּד; 1) *gravis fuit* de pondere Job 6, 3. — 2) sæpiùs trop. *honoratus fuit* Jes. 66, 5. Eze. 27, 25. Job 14, 21. — 3) *magnus, vehemens* Gen. 18, 20. Jud. 20, 34: 1 Sam. 31, 3. — 4) *molestus fuit* seq. אֶל 1 Sam. 5, 6, alibi עַל 2 Sam. 13, 25. Jes. 24, 20 etc. Job, 23, 2: *manus mea gravis est super gemitu meo* i. e. plaga manu Dei mihi inflicta, sive dolores calamitatesque quibus pre-

mor, vehementiores sunt querimonis meis. — 5) *hebes fuit* oculus Gen. 48, 10, auris Jes. 59, 1, hinc de animo qui facilè flecti nequit *obduratus est* Ex. 9, 7.

Niph. נִכְבַּד; part. pl. constr. cum Dagh. euphon. in Daleth נִכְבַּדֵּי; suff. f. נִכְבַּדְתִּיהָ; inf. et imper. הִכָּבֵד; fut. יִכָּבֵד; 1) *honoratus fuit* Gen. 34, 19 : 1 Sam. 9, 6. Part. נִכְבָּד *gloriosus* Deut. 28, 58; pl. f. נִכְבָּדוֹת *gloriosè facta* Ps. 87, 3. — 2) reflex. *magnum, illustrem se præstitit* Ex. 14, 4. Lev. 10, 3. Eze. 39, 13 etc. — 3) *copiosus fuit, opulentus, dives fuit* Jes. 23, 8, 9. Prov. 8, 24.

Pih. כִּבֵּד, part. מְכַבֵּד; infin. et imper. כַּבֵּד; fut. יְכַבֵּד, cum suff. et נ epenthet. יְכַבְּדֻנְנִי; 1) *honoravit* Jud. 13, 17 : 2 Sam. 10, 3. Jes. 29, 13, seq. ל pers. Dan. 11, 38. Ps. 86, 9, cum dupl. accus. Jes. 43, 23. — 2) *gravem reddidit, induravit* animum 1 Sam. 6, 6.

Puh. כֻּבַּד, part. מְכֻבָּד; fut. יְכֻבַּד; *honoratus est* Jes. 58, 13. Prov. 13, 18 etc.

Hiph. הַכְבִּיד; inf. absol. הַכְבֵּד, constr. הַכְבִּיד; imper. הַכְבֵּד; fut. conv. וַיַּכְבֵּד; 1) *gravem fecit, aggravavit* 1 Reg. 12, 10. Jes. 47, 6. Thren. 3, 7. Elliptice Neh. 5, 15: *aggravaverant super* populum, scil. *jugum*. — 2) *honoravit* Jes. 8, 23 (9, 1). Jer. 30, 19. — 3) *honorem, gloriam sibi paravit* 2 Chron. 25, 19. — 4) *hebetavit* aures Jes. 6, 10. Zach. 7, 11, it. *induravit* animum Ex. 9, 34.

Hithp. part. מִתְכַּבֵּד, imper. הִתְכַּבֵּד; 1) *honorem sibi tribuit, jactavit se* Prov. 12, 9. — 2) *multiplicavit se* Nah. 3, 15. — Deriv. כָּבוֹד et seq.

כֶּבֶד m. constr. כִּבַד, suff. כִּבְדּוֹ, pl. כְּבֵדִים, constr. כִּבְדֵי; 1) *gravis* a) proprio sensu *multum ponderis habens* 1 Sam. 4, 18 : 1 Reg. 12, 4. Prov. 27, 3 etc. — b) translatè *copiosus, numerosus* 1 Reg. 10, 2. Jes. 36, 2, *dives* Gen. 13, 2, *molestus*, de fame Gen. 12, 10. 41, 31, de peccato Ps. 38, 5, *arduus, difficilis*, de negotio Ex. 18, 18. Num. 11, 14, *impeditus*, de linguâ Ex. 4, 10. Eze. 3, 5, 6. — 2) subst. *jecur* utpotè omnium viscerum *ponderegravissimum* Ex. 29, 13, 22. Lev. 3, 4, 10. Hyperbol. Thren. 2, 11 : *effusum est in terram jecur meum* dicitur in gravissimis animi doloribus.

כֵּבֵד m. *gravis, onustus* Jes. 1, 4. Aliis est constr. כֶּבֶד.

כֹּבֶד m. 1) *gravitas* Prov. 27, 3. — 2) *vehementia* Jes. 30, 27. — 3) *multitudo* Nah. 3, 3. — 4) *molestia* Jes. 21, 15.

כְּבֵדוּת f. *gravitas, difficultas*. Ex. 14, 25.

כָּבָה, unde fut. יִכְבֶּה; *exstinctus est* de igne et lucernâ Lev. 6, 5, 6 : 1 Sam. 3, 3; metaph. de irâ 2 Reg. 22, 17, de hostibus qui pereunt Jes. 43, 17.

Pih. præt. pl. כִּבּוּ; part. מְכַבֶּה; infin. constr. כַּבּוֹת; fut. יְכַבֶּה, cum suff. et נ epenth. יְכַבֶּנָּה; *exstinxit* Jes. 1, 31 etc., metaph. Jer. 4, 4 etc.

כָּבוֹד m. semel f. Gen. 49, 6; constr. כְּבוֹד; suff. כְּבוֹדִי; pr. *gravitas*, sed ubiquè translatè; 1) *honor, gloria* 1

Sam. 4, 25. Ps. 19, 2. Job 19, 9 etc. Adv. *honorificè* Ps. 73, 24. — 2) *majestas, splendor* 1 Sam. 2, 8. Jes. 35, 2. Ps. 24, 7 etc. — 3) *copia, divitiæ* Jes. 10, 3. 66, 12. Ps. 49, 17. — 4) poët. *cor, animus* Ps. 16, 9. 57, 9. 108, 2, tanquam pars *nobilior* hominis, vel pr. est *jecur* ut כָּבֵד et ad animum translatum, haud secùs atquc alibi לֵב. Gen. 49, 6 construitur cum fem. (תָּחַד *intersit*) omninò ut synon. נֶפֶשׁ.

כְּבוּדָה (cum Dagh. euphon. in ד) f. 1) *magnifica, splendida* Eze. 23, 41. Ps. 45, 14. — 2) subst. *impedimenta* (*bagages*), al. *res pretiosæ* Jud. 18, 21.

כָּבוּל n. pr. 1) tractûs Galilææ viginti oppida complectentis, quo Salomon Hiram regem Tyri donavit, 1 Reg. 9, 13. Josephus (Antiq. l. 8. c. 5. § 3) ait: « Appellata fuit terra ista *Chabalon*, voce Phœnicum, quæ significat, *id quod displicet* »; sed vulgò et satis appositè כָּבוּל explicatur: *regio in pignus amicitiæ data*, tanquàm à rad. כבל, quam vid. — 2) oppidi in tribu Aser Jos. 19, 27.

כַּבּוֹן n. pr. oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 40.

כַּבִּיר m. pl. כַּבִּירִים; 1) *ingens*, de aquis Jes. 17, 12. 28, it. *vehemens* de vento Job 8, 2, addito יָמִים *grandævus* Job 15, 10. — 2) *multus* Jes. 16, 14. Job 31, 25. — Rad. כָּבַר.

כְּבִיר m. *stragula* texta, Vulgat. *pellis* 1 Sam. 19, 13, 16: *stragula caprarum* i. e. ex pilis caprinis contexta. — Rad. כָּבַר.

כבל rad. inusit. ut in chald. syr. arab. *ligavit, vinxit, constrinxit*; conf. etiam vicin. גָּבַל, חָבַל. — Indè כָּבוּל, verbum quadrilitt. כִּרְבֵּל et כֶּבֶל m. pl. constr. כַּבְלֵי; *compes* Ps. 105, 18. 149, 8.

כָּבַס pr. forsan ut cognat. כָּבַשׁ *pedibus calcavit, subjecit*, hinc *lavit, abluit vestes* quod fiebat *subigendo* i. e. *tundendo*, vel *calcando*. Sic differt à רָחַץ *lavit corpus*. Indè part. act. בּוֹבֵס *lotor vestium, fullo* Jes. 7, 3. 36, 2.

Pili. כִּבֵּס et כִּבֶּס; imper. cum suff. כַּבְּסֵנִי, fut. יְכַבֵּס; 1) *lavit, abluit* vestes Gen. 49, 11. Ex. 19, 10. Part. pl. מְכַבְּסִים *fullones* Mal. 3, 2. — 2) metaph. *lavit, purgavit* aliquem, animum à peccato Jer. 4, 14. Ps. 51, 4, 9.

Puh. כֻּבַּס *lotus est* de vestibus Lev. 13, 58. 15, 17.

Hothp. inf. הִכַּבֵּס *lavari* Lev. 13, 55, 56.

כָּבַר 1) pr. *constrinxit, plexit, texuit* (conf. rad. vicin. גָּבַל, חָבַל, חָבַר et כָּבַל). — 2) *magnus, multus fuit*, it. forsan *diuturnus fuit*.

Hiph. fut. יַכְבִּיר *multiplicabit* Job 35, 16. Part. מַכְבִּיר *copia*, undè cum præf. לְ, *copiosè, multùm* Job 36, 31. — Deriv. כַּבִּיר, כְּבִיר, מַכְבֵּר, מִכְבָּר et seq.

כְּבָר 1) pr. forsan *diuturnitas* temporis, hinc adv. *dudùm, jampridem* Eccl. 1, 10. 3, 15 etc. — 2) n. pr. *Chaboras*, fluvius Mesopotamiæ in Euphratem sese effundens, alibi חָבוֹר dictus Ezc. 1, 3. 3, 15 etc.

כְּבָרָה f. *cribrum* Amos 9, 9.

כִּבְרַת הָאָרֶץ f. undè suff. כִּבְרָהּ;

pr. forsan *longitudo terræ*, hinc *mensura viæ*, quæ quanta fuerit, nescitur, etsi ex Gen. 35, 16. 48, 7: 2 Reg. 15, 19 conjectare liceat, eam haud magnam fuisse (*une certaine*, *une petite distance*). LXX vertunt Gen. 48, 7: ἱππόδρομος, quod est vel *stadium*, vel mensura dicta שַׁוְט־אֹלְפַרַשׂ i. e. tantùm itineris, quantùm equus ad defatigationem usque currere potest, tres ferè parasangæ.

כֶּבֶשׂ m. pl. כְּבָשִׂים, suff. כְּבָשַׂי, *agnus* à primo ad tertium annum Ex. 12, 5. Job 31, 20 etc. Passim *ovis* in genere Lev. 4, 32 etc.—Rad. חבשׂ.

כַּבְשָׂה, כִּבְשָׂה, f. constr. כִּבְשַׂת, pl. כְּבָשֹׂת, constr. כִּבְשֹׂת; *agna* à primo ad tertium annum Lev. 14, 10: 2 Sam. 12, 3 etc. Passim *ovis* in genere Gen. 21, 28, 29.

כָּבַשׁ; part. act. plur. כֹּבְשִׁים; infin. constr. כְּבֹשׁ; imper. pl. cum suff. כִּבְשֻׁהָ; fut. יִכְבּוֹשׁ; 1) *conculcavit*, *pedibus subjecit* Zach. 9, 15: *calcabunt lapides fundæ*, i. e. facilè declinabunt lapides ab hostibus contortos; de peccatis dicitur Mich. 7, 19.—2) *domuit*, *sibi subjecit* bestias, hostes, etc. Gen. 1, 28. Num. 32, 22. Jer. 34, 11 etc., mulierem Esth. 7, 8.

Niph. נִכְבַּשׁ; part. pl. f. נִכְבָּשׁוֹת; *subjectus est* de terris, hostibus Num. 32, 22. Jos. 18, 1, de mulieribus Neh. 5, 5.

Pih. כִּבֵּשׁ *subjecit* hostes 2 Sam. 8, 11. — Indè

כֶּבֶשׁ m. *scabellum* 2 Par. 9, 18.

כִּבְשָׁן m. *fornax*, forsan *calcaria*, et *æraria* in quâ ex minerâ metallum *subigitur* et liquatur; undè differt à תַּנּוּר *furnus* in quo panis coquitur. Sed nonnulli conferunt arab. קבשׂ *accendit*. Gen. 19, 28. Ex. 9, 8, 10. 19, 18.

כַּד suff. f. כַּדָּהּ; pl. m. כַּדִּים; *cadus*, *hydria* Gen. 24, 14 etc. — Rad. כדד.

כְּדֵי vid. דַּי.

כַּדְכֹּד m. lapis pretiosus valdè scintillans, vulgò *pyropus* Jes. 54, 12. Eze. 27, 16. — Rad. כדד cogn. כָּתַת *tutudit*, *contudit*, undè *ignem excussit*, conf. כִּידוֹד *scintilla*.

כְּדָרְלָעֹמֶר n. pr. viri Gen. 14, 1.

כֹּה forsan contract. ex כָּהוּ (ut קְטָלוֹ ex קְטָלָהוּ); 1) pr. *sicut hoc*; indè *ità*, *sic* Gen. 32, 5 etc. בְּכֹה *hoc modo*, et bis repetitum *hoc modo*, *illo modo* 1 Reg. 22, 20. — 2) de loco *hîc*, et rariùs *huc* Gen 31, 37 geminatum: *hîc illic*, *huc illuc* Ex. 2, 12. Num. 11, 31. עַד־כֹּה, *eousque* Gen. 22, 5. — 3) de tempore *nunc*. עַד־כֹּה *hucusque* Ex. 7, 16. עַד־כֹּה וְעַד־כֹּה *usque huc et usque illuc*, *interea* 1 Reg. 18, 45.

כָּהָה; infin. absol. כָּהֹה; fut. יִכְהֶה; convers. f. וַתֵּכַהּ; pl. וַתִּכְהֶיךָ; 1) ut cogn. לָאָה, קָהָה, *hebes*, *debilis fuit*, *hebetatus est* de oculis Gen. 27, 1. Zach. 11, 17 etc.; trop. *animo defecit*, *animum despondit* Jes. 42, 4.

Hoph. præt. fem. הָמְלְחָה, infin. הָמְלַח : *sale conspersus*, vel *aquâ salsâ lotus est* infans recens natus Eze. 16, 4.

מֶלַח m. Gen. 19, 26 etc. *mare salis* i. e. mortuum seu lacus Asphaltites Gen. 14, 3 etc. *Fœdus salis* i. e. perpetuum, incorruptibile ut sal Num. 18, 19. — Indè verbum מָלַח, מַלּוּחַ et seq.

מַלָּח m. undè plur. מַלָּחִים *nautæ* Eze. 27, 9 etc.

מְלֵחָה f. *terra salsa*, ideò *sterilis* Ps. 107, 34. Job 39, 6 etc.

מְלָחִים m. pl. *vestes scissæ*, *dilaceratæ* Jer. 38, 11, 12.—Rad. מָלַח.

מִלְחָמָה f. et 1 Sam. 13, 22 מִלְחָמֶת ; suff. מִלְחַמְתּוֹ ; pl. מִלְחָמוֹת, constr. מִלְחֲמוֹת ; 1) *bellum* Gen. 14, 2 etc., meton. *arma* Ps. 76, 4. — 2) *pugna*, *prælium* Ex. 13, 17. Job 39, 25.— 3) *felix exitus belli*, *victoria* Eccl. 9, 11.—Rad. לָחַם.

מָלַט 1) ut vicin. פָּלַט, pr. forsan *excidit*, *elapsus est*. — 2) ut in syr. *levit*, *oblevit*. Indè

Niph. נִמְלַט ; part. נִמְלָט, cum ה parag. נִמְלָטָה ; inf. et imp. הִמָּלֵט ; fut. יִמָּלֵט ; 1) *eripuit se*, *evasit* Gen. 19, 19. Prov. 11, 21 etc., rarò *liberatus est* Ps. 22, 6. — 2) *festinanter discessit* 1 Sam. 20, 29.

Pih. מִלֵּט et מִלַּט ; part. מְמַלֵּט ; pl. מְמַלְּטִים ; inf. מַלֵּט, imp. cum ה parag. מַלְּטָה ; fut. יְמַלֵּט ; 1) *excidere*, *elabi fecit*, *eripuit*, *liberavit* è periculo 1 Reg. 1, 12. Job 6, 23 etc. — 2) *exclusit ova*, *peperit* Jes. 34, 15.

Hiph. הִמְלִיט ; 1) *eripuit* Jes. 31. 5. — 2) *peperit* 66, 7.

Hithp. fut. conv. cum ה parag. וְאֶתְמַלְּטָה Job 19, 20 ubi : *evasi cum cute dentium meorum*, proverb. est, pro : tot tantisque plagis affectus sum, ut vix quidquam sani remanserit in corpore meo ; pl. in pausâ יִתְמַלְּטוּ *proripiunt se, prosiliunt* Job 41, 11. — Indè

מֶלֶט m. *cæmentum* Jer. 43, 9.

מְלַטְיָה n. pr. viri Neh. 3, 7.

מְלִיכוּ vid. מָלוֹךְ.

מְלִילָה f. undè pl. מְלִילוֹת *spicæ* pr. *abscissæ* Deut. 23, 26. — Rad. מָלַל.

מְלִיצָה, מְלִיץ vid. in לוּץ.

מָלַךְ ; part. act. מֹלֵךְ, f. מֹלֶכֶת ; inf. absol. מָלֹךְ, constr. מְלֹךְ, cum suff. מָלְכוֹ ; imp. מְלֹךְ, cum Makkaph מְלָךְ־, f. מָלְכִי Jud. 9, 10 in Keri, ubi Chethib habet מְלוֹכִי ; fut. יִמְלֹךְ ; 1) *rex fuit*, *regnavit* Jos. 13, 12. Ps. 47, 9 etc. — 2) *rex factus*, *regnum adeptus est* 2 Sam. 15, 10 etc.

Niph. fut. conv. וַיִּמָּלֵךְ *et consilium iniit* ex usu chald. et syr, Neh. 5, 7.

Hiph. הִמְלִיךְ ; part. מַמְלִיךְ ; inf. et imp. הַמְלִיךְ ; fut. יַמְלִיךְ, conv. וַיַּמְלֵךְ ; *regnare fecit*, *regem constituit* seq. acc. pers. 1 Reg. 15, 35 etc., לְ 1 Par. 29, 22. — Hoph. הָמְלַךְ *rex constitutus est* Dan. 9, 1. — Deriv. מַמְלָכָה, מְלֻכָּה, מַלְכָּה, מְלוּכָה, מַמְלָכוּת et

מֶלֶךְ m. suff. מַלְכִּי ; pl. מְלָכִים, sed Prov. 31, 3 מְלָכִין, et 2 Sam. 11, 1 מְלָאכִים ; constr. מַלְכֵי, suff. מַלְכֵיהֶם, מַלְכֵינוּ ; 1) *rex* Gen. 14, 1 etc. — 2) quandoque *magistratus superior* quivis, *princeps*, *dynasta* Gen. 36, 31. Deut. 33, 5. Ps. 119, 46. *Rex regum* i. e. rex Babyloniæ Eze. 26, 7, *rex magnus* i. e. rex Assyriæ Jes. 36, 4. — 3) n. pr. viri 1 Par. 8, 35 etc. — Rad. מָלַךְ.

מֹלֶךְ ubique cum artic. הַמֹּלֶךְ it. מַלְכָּם et מַלְכָּם, *Molochus* idolum Ammonitarum probab. *Saturnus* Lev. 18, 21 etc.

מַלְכָּדָה fem. *decipula*, *tendicula* ; suff. מַלְכָּדְתּוֹ Job 18, 10. — Rad. לָכַד.

מַלְכָּה f. constr. מַלְכַּת, pl. מְלָכוֹת ; *regina* 1 Reg. 10, 10. Esth. 1, 9 etc. — Rad. מָלַךְ.

מִלְכָּה n. pr. mul. Gen. 11, 29 etc.

מִלְכָּה vid. מְלוּכָה.

מַלְכוּת fem. suff. מַלְכוּתוֹ ; plur. מַלְכֻיּוֹת ; 1) *regnum*, *imperium regium* Dan. 1, 1. Esth. 1, 9 etc., meton. *ornatus regius* Esth. 5, 1. — 2) *regnum* i. e. regio populusque regi parens Dan. 8, 22. 9, 1 : 2 Par. 21, 17. — Rad. מָלַךְ.

מַלְכִּיאֵל n. pr. viri Gen. 46, 17. Nom. patron. מַלְכִּיאֵלִי Num. 16, 45.

מַלְכִּיָּה et מַלְכִּיָּהוּ n. pr. viror. Esr. 10, 31. Neh. 8, 4 etc.

מַלְכִּי־צֶדֶק n. pr. viri Gen. 14, 18. Ps. 110, 4.

מַלְכִּירָם n. pr. viri 1 Par. 3, 8.

מַלְכִּי־שׁוּעַ et מַלְכִּישׁוּעַ n. pr. viri 1 Sam. 14, 49 : 1 Par. 8, 33 et

מַלְכָּם n. pr. 1) idoli (vid. מֹלֶךְ) Jer. 49, 1, 3, sed Soph. 1, 5. Amos 1, 15 est *rex eorum*. 2) n. pr. viri 1 Par. 8, 9.

מִלְכָּם n. pr. ut מֹלֶךְ, 1 Reg. 11, 5 etc.

מַלְכָּן forsan n. pr. ut מֹלֶךְ, 2 Sam. 12, 31 in Chethib, ubi Keri habet מַלְבֵּן.

מַלְכָּת f. *regina*, undè Jer. 7, 18. 44, 17—19: *regina cœli* i. e. vel *luna* vel *Astarte* i. e. Venus planeta.

מַלְכָּת n. pr. mul. 1 Par. 7, 18.

מָלַל 1) *locutus est* poët., part. act. מוֹלֵל Prov. 6, 13.— 2) ut vicin. נָמַל, מוּל *abscissus est.*

Pih. מִלֵּל; fut. יְמַלֵּל; *elocutus est* seq. acc. aliquid Ps. 106, 2. Job 8, 2. 33, 2, it. *dixit* Gen. Gen. 21, 7. — מִלֵּל vid. in מוּל. — Deriv. מִלָּה, מְלִילָה.

מִלַּלַי n. pr. viri Neh. 12, 36.

מַלְמָד vel מַלְמֵד m. undè constr. מַלְמַד הַבָּקָר *stimulus boum* Jud. 3, 31. — Rad. לָמַד.

מַלָּץ undè Niph. pl. נִמְלָצוּ *dulcia, suavia sunt* eloquia Ps. 119, 103.

מֶלְצַר m. cum art. הַמֶּלְצַר forsan *promus* Dan 1, 11, 16. Conf. pers. מלשר *præfectus vini*, vel מאלשר *præfectus thesauri.*

מָלַק *ungue secuit, laceravit* (conf. vicin. פָּרַק) Lev. 1, 15. 5, 8; ità veter. interpr. nec obstat quod dicitur 5, 8: וְלֹא יַבְדִּיל; caput enim avis ungue secare poterat sacerdos, quin illud sejungeret.

מַלְקוֹחַ m. 1) *captura, præda* Num. 31, 11. Jes. 49, 24 etc. — 2) dual. מַלְקָחַיִם *ambæ fauces* Ps. 22, 16; ità vulgò, quidam, et forsan rectiùs *utraque mandibula* quâ cibus capitur. — Rad. לָקַח.

מַלְקוֹשׁ m. *pluvia serotina* juxta annum Hebr., sed juxta nostrum *pluvia verna* quæ Martio et Aprili ante messem cadit Deut. 11, 14. Jer. 3, 3 etc. — Rad. לָקַשׁ.

מֶלְקָחַיִם m. dual. 1) *forceps* Jes. 6, 6. — 2) *emunctorium* 1 Reg. 7, 49: 2 Par. 4, 21. — Rad. לָקַח.

מַלְקָחַיִם m. *emunctorium* Ex. 25, 38. Num. 4, 9 etc. — Rad. לָקַח.

מַלְתָּחָה f. *vestiarium* 2 Reg. 10, 22. — Rad. לתח forsan ut vicin. מָתַח *extendit.*

מַלְתִּי n. pr. viri 1 Par. 25, 4.

מַלְתָּעוֹת plur. fem. undè constr. מֶלְתָּעוֹת; it. litteris transpositis, מִתְלָעוֹת; *mordices* poët. pro *dentibus* Joël 1, 6. Ps, 58, 7 etc. — Rad. לתע ut in arab (latagh) *momordit.*

מַמְגֵּרָה f. (cum Daguesch. euphon. in מ) undè pl. מַמְגֵּרוֹת *loca, ædificia* in quibus sunt *granaria* seu *cellæ granariæ* Joël 1, 17. — Denom. est à מְגוּרָה q. v.

מָמַד m. (à rad. מָדַד ut סֹבֶב à מָסַב) *mensura;* pl. cum suff. מְמַדֶּיהָ Job 38, 5.

מְמוּכָן n. pr. viri Esth. 1, 14 etc.

מָמוֹת m. undè pl. מְמוֹתִים, constr. מְמוֹתֵי; 1) *mortes* Jer. 16, 4, Eze. 28, 8. — 2) *interfecti* 2 Reg. 11, 2 in Chethib, ubi in Keri מוּמָתִים. — Rad. מות.

מַמְזֵר m. *spurius, nothus* Deut. 23, 3, et metaph. *extraneus* Zach. 9, 6.— Rad. מזר ut נָזַר, vel זור.

מִמְכַּר masc. constr. מִמְכַּר; plur. מִמְכָּרִים; 1) *venditio* Lev. 25, 27, 29, 50.—2) *res vendita* Lev. 25, 25. Eze. 7, 13. — 3) *res venalis* Lev. 25, 24. Neh. 13, 20.—4) *pretium rerum venditarum.* Deut. 18, 8, ubi sensus to-

tius commatis videtur hic esse : omnes Levitæ qui Hierosolymam veniunt, ibi Deo ministrandi causâ, ex æquo participare possunt omnibus quæ ex oblationibus illis obveniunt; non autem tenentur ut alius cum alio dividat, et ea partiatur bona, quæ à majoribus tanquam propria possidet. — Rad. מָכַר.

מִמְכֶּרֶת f. *venditio* Lev. 25, 42.

מַמְלָכָה f. constr. מַמְלֶכֶת; suff. מַמְלַכְתּוֹ; plur. מַמְלָכוֹת, constr. מַמְלְכוֹת; *regnum, imperium* tùm de regiâ dignitate, tùm de regione quæ regi subditur Jos. 10, 2 : 1 Sam. 28, 17 etc. — Rad. מָלַךְ.

מַמְלָכוּת f. undè constr. מַמְלְכוּת; id. Jos. 13, 12. Jer. 26, 1 etc.

מִמְסָךְ masc. ut מֶזֶג, מֶסֶךְ *vinum mixtum* aromatibus Jes. 65, 11. Prov. 23, 30. — Rad. מָסַךְ.

מִמֶּן vid. מִן.

מֶמֶר m. (à rad. מָדַר, ut מֶכֶס à כָּסַס) *mœror* Prov. 17, 25.

מַמְרֵא n. pr. viri Gen. 14, 13 etc.

מַמְרֹרִים m. pl. (cum Daguesch. euph. in מ) *acerbitates* Job 9, 18.— Rad. מָרַר.

מִמְשַׁח m. *expansio*. Eze. 28, 14 : *Cherub extensionis* i. e. *extentus*, alis extensis. — Rad. מָשַׁח

מִמְשָׁל m. *dominatio* Dan. 11, 3, pl. מִמְשָׁלִים *dominatores* 1 Par. 26, 6. — Rad. מָשַׁל,

מֶמְשָׁלָה f. constr. מֶמְשֶׁלֶת; suff. מֶמְשַׁלְתּוֹ; pl. constr. מֶמְשְׁלוֹת, suff. מַמְשְׁלוֹתָיו; 1) *dominatus, dominium* Gen. 1, 16. Ps. 136, 8. — 2) *imperium, ditio* 2 Reg. 20, 13. — 3) *dominatores* 2 Par. 32, 9. — Rad. מָשַׁל.

מִמְשָׁק m. *locus possessus;* undè constr. מִמְשַׁק חָרוּל *locus urticis occupatus* Soph. 2, 9. — Rad. משק ut vicin. מָשַׁךְ *tenuit, occupavit.*

מַמְתַּקִּים m. pl. *dulcedines* Cant. 5, 16. Neh. 8, 10. — Rad. מָתַק.

מָן m. suff. מַנְּךָ vel מַנְךָ; *manna*, cibus Israëlitis in deserto à Deo datus Ex. 16, 31. Neh. 9, 20 etc. — Quoad etymon, probab. מָן in sermone vulgari usurpabatur pro מָה; nam Chaldæis, à quibus Israël. originem ducunt, מָן est *quid?* Huic etymo favet, quòd, ubi cibum istum viderunt, simul exclamarunt מָן הוּא (16, 15) quod sanè *quid istud?* vertendum est, cùm statim adjiciatur *nesciebant enim quid esset illud; et Moses dixit illis : cibus est quem vobis Jehova præbet comedendum.* Tandem hunc sensum habent omnes veter. interpr. Nonnulli recentiores referunt מָן ad rad. מנן i. q. in arab. et vicin. hebr. מָנָה *partitus est impertivit*, et interpretantur *donum*, sed minus rectè.

מֵן m. *pars*, undè constr. מִן (q. v, mox infrà); suff. מֶנִּי, undè cum מִן præf. מִמֶּנִּי pr. *à parte meî* (*de ma part*) Eze. 3, 17 etc. Plur. מֵנִים et מִנִּי *fides, chordæ* Ps. 45, 9. 150, 4; constr. מִנִּי *à, ab, ex*, pr. *à partibus* Jes. 30, 11. — Rad. מָנַן.

מִן et מִ, seq. guttur. מֵ rarò מִ; poët. מִנִּי et מִנֵּי; suff. מִנִּי, in pausâ מֶנִּי; מֶנְהוּ, מִנֵּהוּ, מִמֶּנִּי (vid. מֵן) מִמֶּנּוּ, מִמֶּךָ; מִמֶּנּוּ (pro מִמֶּנְנוּ) *à nobis*, et (pro מִמֶּנְּהוּ) *ab illo*: מִמֶּנָּה,

מִכֶּם; מֵהֵן; מִנְּהֶם, מִמֵּךְ, מִמְּךָ. Innumeros ferè quibus gaudet hoc vocabulum significatus, quosque è contextu perfacilè dignoscere est, ad seq. tanquàm præcipuos, reducimus; 1) pr. *pars* alicujus rei, utpotè constr. nominis מֵן, hinc præp. *partitiva, è, ex, à, ab* Ex. 18, 25. Job 5, 1 etc. — 2) notio *egrediendi, recedendi, amovendi ex* aliquâ re, *ab* aliquo loco, et translatè ad tempus, de termino à quo, *indè ab, ex, post;* hinc usurpatur special. de *materiâ ex* quâ aliquid fit, aliquis prodit, de *ortu*, de *auctore* et *causâ efficiente*, de *instrumento*, de *ratione propter* quam aliquid fit, de *lege, præcepto, ex* quo aliquid fit (conf. lat. *ex* more, *ex* lege, *ex* fœdere) Eze. 7, 27 : 2 Par. 36, 12. Ab istis signif., naturâ duce, deducuntur *procul à* Num. 15, 24. Prov. 20, 3, *absque, sine* Gen. 27, 39. Jes. 14, 19 etc., *præter, exceptò* 2 Sam. 13, 16 : 1 Par. 29, 3. — 3) sensu *comparativo* est *præ, magis quàm* Gen. 19, 9. Jud. 2, 19 etc. — 4) Infinitivo præmissum *propterea quod, quià* Deut. 7, 8, *ex quo*, de tempore 1 Par. 8, 8 etc., sed multò frequentiùs *ità ut non*, et passim ponitur pro מִהְיוֹת *ità ut non sim, sis, sit* etc. 1 Sam. 25, 23. Jes. 17, 1. Jer. 48, 2 etc.—5) semel seq. fut. conjunct. *ne* Deut. 33, 11.—Cum præf. לְמִן *indè ab* pr. ut gall. *à partir de* Ex. 9, 18. Jud. 19, 30 etc.

מֵאֵת (ex מִן et אֵת) ut מֵעִם pr. *à propè, è viciniâ (d'auprès, d'avec)*, hinc simpliciter *à, ab, è, ex* Gen. 8, 8. Ps. 22, 26 etc.

מְנָאוֹת pl. à מְנָת q. v.

מַנְגִּינָה fem. *canticum* spec. irrisorium, *dicterium* Thren. 3, 63. — Rad. נָגַן.

מָנָה; part. act. מוֹנֶה; inf. constr. מְנוֹת; imp. מְנֵה; fut. יִמְנֶה; pr., ut innuit Pih., *partitus est, impertivit* (vicin. est מנה), hinc 1) *attribuit, assignavit* Jes. 65, 12.—2) *paravit, constituit* exercitum 1 Reg. 20, 25.—3) *numeravit, supputavit* Gen. 13, 16. Jer. 33, 13 etc.

Niph. נִמְנָה; infin. הִמָּנוֹת; fut. יִמָּנֶה; *numeratus est* Gen. 13, 16. Eccl. 1, 15, seq. אֵת, *annumeratus est* Jes. 53, 12.

Pih. מִנָּה; imp. apoc. מַן pro מַנֵּה; fut. apoc. יְמַן; 1) *impertivit, assignavit* Dan. 1, 5. Job 7, 3.—2) *constituit* Jon. 2, 1. 4, 6, *jussit, fecit ut* Ps. 61, 8, seq. עַל *præfecit* Dan. 1, 11.

Puh. part. act. מְמֻנִּים *præfecti* 1 Chron. 9, 29. — Deriv. מְנִי, מְנָת et seq.

מָנֶה m. pl. מָנִים; pr. *pars, numerus*, spec. *mina*, pondus centum siclorum, quantùm ex 1 Reg. 10, 17, collat. 2 Par. 9, 16, colligi potest. Eze. 45, 12 : *viginti sicli, quinque et viginti sicli, quindecim sicli erit vobis mina;* al. de triplici minâ, 20, 25 et 15 siclorum intelligunt, al. de unâ 60 siclorum, sed minùs rectè.

מָנָה f. constr. מְנַת; plur. מָנוֹת; suff. מָנוֹתֶיהָ; 1) *pars, portio* Ex. 29, 26. Neh. 8, 10 etc. — 2) *sors* Jer. 13, 25.

מֹנֶה m. undè pl. מֹנִים *partes* i. e. *vices* Gen. 31, 7, 41.

מִנְהָג m. *vectura;* constr. מִנְהַג 2 Reg. 9, 20. — Rad. נָהַג.

מְנַהֲרוֹת f. undè pl. מְנַהֲרוֹת forsan *loca ab aquis effossa*, al. *cavernæ* Jud. 6, 2.—Rad. נָהַר.

מְנוֹד m. *agitatio* capitis, gestas irridentium, hinc meton. *objectum irrisionis*; constr. מְנוֹד Ps. 44, 15.—Rad. נוד.

מְנוֹחַ m. constr. מְנוֹחַ; 1) *locus quietis* Gen. 8, 9. Jes. 34, 14 etc. *Locum quietis quærere* mulieri i. e. matrimonium Ruth 3, 1.—2) *quies* Thren. 1, 3.—3) n. pr. viri Jud. 13, 2 seq.—Rad. נוּחַ.

מְנוּחַ m. undè pl. cum suff. chald. in pausâ מְנוּחֵיכִי *loca quietis tuæ* Ps. 116, 7.—Rad. נוּחַ.

מְנוּחָה f. et מְנֻחָה; suff. מְנוּחָתִי; pl. מְנוּחוֹת; 1) *locus quietis* Num. 10, 33. Mich. 2, 10 etc., hinc *domicilium* Jes. 11, 10.—2) *quies* Jer. 45, 3. Ps. 23, 2.—Rad. נוּחַ.

מָנוֹן *soboles*, (vid. נוּן et נִין) ità Hebræi interpr., undè Prov. 29, 21: *delicatè tractans servum suum à pueritiâ, posteà* servus iste *erit* (volet esse) *soboles, filius familiæ*. Vulgat. *contumax*, quasi legisset מָדוֹן *contentio, rixa*, et esset abstractum pro concreto.* Quibusdam est *beneficiorum exprobrator*, collat. arab. منّ (manna) *exprobravit benefacta*; verùm etymon istud, et contextui minùs aptum et longiùs petitum videtur. Itaque si ad arab. dialectum confugiendum sit, malim conferre منن (mannoun) *dimissio è servitute*, totumquè hemistichium exponere: *posteà erit dimissio* i. e. cogeris illum manumittere. Sed præstat Judæorum interpretatio.*

מָנוֹס et מָנוֹס m. suff. מְנוֹסִי; 1) *refugium* Ps. 142, 5. Job 11, 20.—2) *fuga* Jer. 46, 5.—Rad. נוס.

מְנוּסָה f. constr. מְנֻסַת; *fuga* Lev. 26, 36. Jes. 52, 12.—Rad. נוס.

מָנוֹר m. *jugum* pr. *aratorium*, hinc de textorio, dicitur; constr. מְנוֹר 1 Sam. 17, 17: 2 Sam. 21, 19.—Rad. נִיר.

מְנוֹרָה fem. constr. מְנוֹרַת; plur. מְנֹרוֹת; *vas, receptaculum lucis*, spec. *candelabrum* sacrum Ex. 25, 31: 1 Reg. 7, 49 etc.—Rad. נוּר.

מְנַזְּרִים m.pl. (cum Daguesch euph. in נ) ut נְזִירִים *principes* Nah. 3, 17.—*Ità vulgò; Maurero (Comment. in Proph. Minores) מִ seq. Dag. est pro part. מִן *de*; undè verba מְנַזְּרֵיךְ כָּאַרְבֶּה expedit: «*De principibus tuis* i. e. principum tuorum sunt tam multi *ut locustæ*;» quòd nimis contortum videtur. Nobis verò מְנַזְּרִים sunt, non *principes*, sed *secundi à principe*, quemadmodùm מְגֹאָל est *proximus post* גֹּאֵל. Cæterùm favet huic explanationi orationis series, cùm propheta gradatim àgat primùm de *mercatoribus* (vers. 16), tùm de *proximis à principibus*, tandem de *principibus* ipsis (טַפְסְרֵיךְ).*—Rad. נָזַר.

מִנְחָה f. constr. מִנְחַת; suff. מִנְחָתוֹ; pl. cum suff. מִנְחֹתֵיכֶם; *donum**pr. ab inferiore superiori *adductum, oblatum* Gen. 32, 14 etc.*, hinc spec. *oblatio, sacrificium* Gen. 4, 3, 4, 5, maximè incruentum oppos. זֶבַח, Lev. 2, 1. Jer. 17, 26 etc., it. *tributum* solvendum 2 Sam. 8, 2 etc.—Rad. נָחָה, non autem מנח ut volunt, collat. arab. منح *donavit*.

מְנַחֵם n. pr. viri 2 Reg. 15, 17.

מְנַחַת n. pr. 1) viri Gen. 36, 23.— 2) loci ignoti 1 Par. 8, 6.

מְנִי m. cum artic. n. pr. idoli Jes. 65, 11; plerisque est *luna*, gr. μήνη, quæ priscis gentibus maximè Ægyptiis colebatur ut faustum sidus; al. *Venus*; conf. arab. مَنِيَّة (maniiath) *fatum, fortuna*.—Rad. מָנָה cui origini alluditur Jes. 65, 12.

מִנִּי 1) poët. pro מִן addito י parag. Jud. 5, 14. Jes. 46, 3. — 2) n. pr. *Armenia*, vel *Armeniæ provincia* Jer. 51, 27, et juxta quosd. Ps. 45, 9, sed vid. מִן.

מִנִּית vid. מְנָת.

מִנִּים vid. מִן.

מִנְיָמִין vid. מִימִין.

מִנִּית n. pr. oppidi in finibus Ammonitarum Jud. 11, 33. Eze. 27, 17.

מִנְלָה m. undè Job 15, 29: מִנְלָם *perfectio eorum;* ità Hebræi, Vulgat. *radix;* Schultens (Comment. in Job) *prosperitas,* collat. arab. نَيْل, نَال, مَنَال *facultates, opes;* quod contextui congruit, sed haud satis firmum est etymon. Suspicatur Gesenius, et haud malè quidem, cum uno codice reponendum מִכְלָם (à מִכְלָה i. q. מִכְלָא) *caula* et poët. *greges eorum.* —Rad. נָלָה.

מָנַע; part. act. מֹנֵעַ; imp. מְנַע; fut. יִמְנַע; 1) *inhibuit, cohibuit* Eze. 31, 15. — 2) *prohibuit, arcuit* Num. 24, 11. Prov. 1, 15. — 3) *denegavit* Gen. 30, 2. Ps. 84, 12 etc.

Niph. נִמְנַע; fut. יִמָּנַע; 1) *cohibitus, retentus est* Jer. 3, 3, *cohiberi se passus est* Num. 22, 16.—2) *ablatus, ereptus est* Job 38, 15.

מַנְעוּל m. pl. cum suff. מַנְעֻלָיו; *pessulus, sera* Neh. 3, 3. Cant. 5, 5. — Rad. נָעַל.

מִנְעָל m. undè cum suff. in pausâ מִנְעָלֶךָ id. Deut. 33, 25, sic vers. Arab., favet contextus; vulgò tamen *calceus.*

מַנְעַמִּים m. pl. *deliciæ, cupediæ* Ps. 141, 4. — Rad. נָעַם.

מְנַעֲנְעִים m. pl. instr. music. Vulg. *sistra* 2 Sam. 6, 5.—Rad. נוּעַ *moveri, concuti,* sic gr. σείστρον à σείω *moveo, quatio.*

מִנְקִית f. undè pl. מְנַקִּיּוֹת *paterœ libatoriæ* Ex. 25, 29. Num. 4, 7.—Rad. נָקָה.

מְנֻקֶּת vid. Hiph. יָנַק.

מְנַשֶּׁה n. pr. viror. Gen. 41, 51 etc. Nom. patron. מְנַשִּׁי Deut. 4, 43.

מְנָת f. pro מְנָאת; pl. מְנָאוֹת et מְנִיּוֹת; *pars, portio* Neh. 12, 44, 47. Ps. 11, 6 etc. — Rad. מָנָה.

מֶס m. *dissolutus* i. e. calamitatibus *confectus* Job 6, 14.—Rad. מָסַס.

מַס m. pl. מִסִּים; *tributum manibus præstandum, opera serva, angaria* Ex. 1, 11. Jos. 17, 13.—Rad. מָסַס, non autem ut vult Gesenius נָסַס, vid. quæ dixi in *Le Pentat. avec une traduction française, etc.* Exode, *pag.* 6, 7.—* Adde quòd מָסַס idem valere posse quod rad. vicin. נָשָׂא à quo מַשָּׂא *portatio, onus, donum, tributum.* *

מִסַּב m. suff. מְסִבּוֹ; pl. מְסִבִּים, f. מְסִבּוֹת; 1) subst. *triclinium circulare, pulvinaria in orbem posita* more Orientalium Cant. 1, 12. — 2) adv. *circumcircà* 1 Reg. 6, 29. Job 37, 12.

— 3) præp. *circa* 2 Reg. 23, 5. — Rad. סָבַב.

מַסְגֵּר m. pr. part. Hiph. rad. סָגַר, *claudens*, hinc 1) *claustrum*, *carcer* Jes. 24, 22. Ps. 142, 8. — 2) *claustrarius*, *claustra faciens* 2 Reg. 24, 14. Jer. 24, 1 etc.

מִסְגֶּרֶת f. suff. מִסְגַּרְתּוֹ; pl. מִסְגֵּרוֹת; suff. מִסְגְּרֹתֵיהֶם et מִסְגַּרְתֵּיהֶם; 1) *margo* (*rebord*) Ex. 25, 25 seq. 37, 14. — 2) pl. *claustra* poët. de urbibus munitis 2 Sam. 22, 46. Mich. 7. Ps. 18, 46, — 3) ornamenta in basibus lacûs æneî, forsan *scuti* formam referentia 1 Reg. 7, 28 etc. — Rad. סָגַר.

מַסָּד m. *fundamentum* ædificii 1 Reg. 7, 9. — Rad. יָסַד.

מִסְדְּרוֹן m. (denom. à סֵדֶר) *porticus*, à columnarum *ordinibus* dictus; cum ה locali מִסְדְּרוֹנָה Jud. 3, 23.

מַסָּה; ut vicin. מַסַּס.

Hiph. הִמְסָה; plur. הִמְסִיו formâ chald. pro הִמְסוּ; fut. יִמַּס, conv. וַיִּמַּס, cum suff. יְמַסֵּם; *liquefecit*, *dissolvit*, Ps. 6, 7. 39, 12 etc.; trop. *pavorem injecit* Jos. 14, 8.

מַסָּה f. (pro מַנְסָה) constr. מַסַּת; pl. מַסּוֹת; 1) *tentatio*, *probatio*, de admirandis facinoribus quibus Deus aliquem explorat et excitat Deut. 4, 34 etc. it., *calamitas*, *tentandi* causâ divinitùs demissâ Job 9, 23 — sed 2) *tentatio Dei* i. c. questus contra Deum Ps. 95, 8, undè — 3) n. pr. loci in deserto, ubi Hebræi Jehovam tentârunt et irritaverunt Ex. 17, 7. Deut. 6, 16 etc. it., juxta quosdam, Ps. 95, 8. — Rad. נָסָה.

מַסָּה f. *donum*, *tributum*, etsi alii aliter; constr. מַסַּת Deut. 16, 10. — Rad. מָסַס de quâ adnotata vid. in מַס.

מַסְוֶה m. *velamen*, *velum* Ex. 34, 33-35. — Rad. סוה.

מְסוּכָה f. *sepes*, *sepimentum* Mich. 7, 4. — Rad. סוּךְ ut vicin. שׂוּךְ.

מַסָּה m. *amotio*, *depulsio* 2 Reg. 11, 6. — Rad. נָסַח.

מִסְחָר m. *mercatus*; constr. מִסְחַר 1 Reg. 10, 15. — Rad. סָחַר.

מָסַךְ; inf. constr. מְסֹךְ; *miscuit* Jes. 5, 22. Ps. 102, 10 etc. — Deriv. et

מֶסֶךְ m. *potus mixtus* Ps. 75, 9.

מָסָךְ m. constr. מָסַךְ; *tegumentum* 2 Sam. 17, 19: spec. *velum*, *aulæum* tabernaculi sacri Ex. 26, 36 etc. — Jes. 22, 8: *retegere velum Judæ* i. e. eum quasi virginem, cui velum removent viri protervi, ignominiæ exponere. — Rad. סָכַךְ.

מְסָכָה f. *operimentum*; cum suff. in pausâ מְסָכָתְךָ Eze. 28, 13. — Rad. סָכַךְ.

מַסֵּכָה f. constr. מַסֵּכַת; pl. מַסֵּכוֹת, suff. מַסֵּכֹתָם; 1) *fusura*, *fusio* Ex. 32, 4 etc., meton. *idolum fusum* Deut. 9, 12 etc. — 2) *libatio*, hinc *fœdus* Jes 30, 1. — 3) *operimentum* Jes. 25, 7. — Rad. נָסַךְ.

מִסְכֵּן m. *pauper*, *miser* Eccl. 4, 13. 9, 15. — Rad. סָכַן.

מִסְכֵּנוּת seu מִסְכֵּנֻת f. *paupertas*, *miseria* Deut. 8, 9. — Rad. סָכַן.

מִסְכְּנוֹת f. plur. per metathes. מִכְנְסוֹת *penaria* Ex. 1, 11 etc. — Rad. כָּנַס.

מַסֶּכֶת f. *stamen*, *tela textoris* Jud. 16, 13, 14. — Rad. נָסַךְ.

מִסְלָה f. constr. מִסְלַת; pl. מִסְלוֹת;

1) *aggesta via*, hinc *via publica* Num. 20, 19. Jes. 40, 3 etc., trop. *vitæ ratio* Ps. 84, 6. Prov. 16, 17. — 2) *gradus, scala* 2 Par. 9, 11. — Rad. סָלַל.

מְסִלּוֹל m. *via aggesta* i. e. publica Jes. 35, 8.— Rad. סָלַל.

מַסְמֵר m. undè plur. מַסְמְרִים, מַסְמֵרִים, f. מַסְמְרוֹת *clavi* Jes. 41, 7. Jer. 10, 4 etc.—Rad. סָמַר.

מָסַס *liquefactus est, contabuit* (conf. vicin. מָאַס, מָסָה); infin. constr. מְסֹס Jes. 10, 18.

Niph. נָמַס, in pausâ נָמָס, plur. נָמַסּוּ; part. נָמַס pro נָמָס; inf. הִמֵּס; fut. יִמַּס, pl. יִמַּסּוּ; 1) *liquefactus est* Ex. 16, 21. Ps. 68, 3, hyperbol. de montibus Jes. 34, 3, de vinculis quæ soluta de manibus decidunt Jud. 15, 14. — 2) *confectus est* pavòre Deut. 20, 8. Jos. 2, 11 etc., dolore, mœrore Ps. 22, 15. 112, 10.

Hiph. הֶמְסוּ *confectum* pavore *reddiderunt* Deut. 1, 28.— Deriv. מָס, תֵּמֶס, מִסָּה, מַס.

מַסָּע m. Job 41, 18: חֲנִית מַסָּע *hasta profectionis, jaculationis, hasta missilis*, oppos. רֹמַח *hastæ* quæ manu tenebatur; ità plerique; quidam חֲנִית habent in statu absol. et מַסָּע vertunt *telum, sagitta* collat. arab. مِنْزَع id. à rad. נָזַע *attraxit sagittam in arcu*.—Rad. נָסַע.

מַסָּע m. pl. מַסָּעִים; constr. מַסְעֵי; 1) forsan *lapicidina* 1 Reg. 6, 7: אֶבֶן שְׁלֵמָה מַסָּע *lapis integer* (non cæsus) *lapicidinæ* i. e. lapis qualis è lapicidinâ eruitur. Tamen Vulgat. *lapides dolati*. Syr. *advecti*. — 2) *proficisci, movere castra* Num. 10, 2. Deut, 10, 11, *iter* Ex. 40, 38, Num. 10, 12, 28, *statio* agminis Num. 32, 2.—Rad. נָסַע.

מִסְעָד m. *fulcrum* (*épaulement*) 1 Reg. 10, 12.—Rad. סָעַד.

מִסְפֵּד masc. constr. מִסְפַּד; suff. מִסְפְּדִי; *planctus* Gen. 5, 10. Ps. 30, 12 etc.—Rad. סָפַד.

מִסְפּוֹא m. (pro מִסְפּוֹהּ) *pabulum* (*fourrage*) Gen. 24, 32. Jud. 19, 19 etc.—Rad. סָפָה.

מִסְפַּחַת f. * *eruptio, effluvium*, (differt à סַפַּחַת q. v.) Lev. 13, 6-8.* —Rad. סָפַח.

מִסְפָּחוֹת f. pl. suff. מִסְפְּחֹתֵיכֶם; *pulvilli, cervicalia* Eze. 13, 18, 21. —Rad. סָפַח.

מִסְפָּר m. constr. מִסְפַּר; plur. מִסְפָּרִים undè constr. מִסְפְּרֵי; 1) *narratio* Jud. 7, 15. — 2) *numerus* Num. 1, 2 etc. Interdùm adv. *secundùm numerum, pro numero* Ex. 16, 16. Job 1, 5. *Homines numeri* i. e. *pauci*, qui facilè numerari possunt Gen. 34, 30. — 3) n. pr. viri Esr. 2, 2, qui etiam מִסְפֶּרֶת Neh. 7, 7.—Rad. סָפַר.

מָסַר undè infin. cum Makkaph מָסַר־; signif. incerta omninò est. Num. 31, 16: *En! istæ fuerunt filiis Israël*..... לִמְסָר־מַעַל בַּיהוָה *ad dandam, suppeditandam prævaricationem in Jovam*; ità communiter Hebræi interpr. ex usu chald. Vulgat. *prævaricari fecerunt* quod in idem incidit; al. ex syr. *ut auderent, aggrederentur defectionem*; Gesenius, etsi parùm probab. *ad deficiendum*

perfidè à Jehovâ i. q. לְמָעַל מַעַל quod in locis parall. Num. 5, 6 : 2. Par. 36, 14. Eze. 14, 13; suspicans מָסַר idem valere quod מָזַר et נָזַר *separavit, separavit se.*

Niph. fut. conv. וַיִּמָּסְרוּ vulgò *traditi sunt* Num. 31, 5. Vulgat. *dederunt*, vers. arab. Saadiæ cui adstipulatur Gesenius *segregati sunt;* Onkelos et Syr. *delecti*; LXX *enumerati*, quasi legissent וַיִּסָּפְרוּ, vel ex usu Samaritanorum quibus מָסַר est ut hebr. פָּקַד.

מֶסְרֶת f. (pro מַאֲסֶרֶת) *vinculum* Eze. 20, 27.—Rad. אָסַר.

מוּסָר m. *admonitio, castigatio* Job 33, 16.—Rad. יָסַר.

מִסְתּוֹר m. *latibulum, refugium* Jes. 4, 6.—Rad. יָסַר.

מִסְתָּר m. pl. מִסְתָּרִים; *latibulum*, spec. de loco insidiarum Jes. 45, 3. Ps. 10, 9 etc.—Rad. סָתַר.

מַעֲבֶה m. constr. מַעֲבֵה; *densitas* 1 Reg. 7, 46.—Rad. עָבָה.

מַעְבָּר m. undè constr. מַעְבַּר; 1) *locus transeundi*, de vado fluminis Gen. 32, 23, de faucibus montium 1 Sam. 13, 23.—2) *transitus* Jes. 30, 32.—Rad. עָבַר.

מַעֲבָרָה f. plur. מַעְבָּרוֹת; constr. מַעַבְרוֹת quod etiam absol. Jos. 2, 7 quasi à sing. מַעֲבֶרֶת; *locus transeundi*, spec. *vadum* Jos. 2, 7. Jes. 16, 2, *fauces* montium Jes. 10, 29. — Rad. עָבַר.

מַעֲגָל m. et מַעְגָּל; constr. מַעְגַּל; pl. מַעְגָּלִים undè constr. מַעְגְּלֵי; suff. מַעְגָּלֶיךָ; f. מַעֲגָלָה; pl. מַעֲגָלוֹת undè cum suff. מַעְגְּלוֹתָם, מַעְגְּלוֹתֶיךָ; 1) denom. à עֲגָלָה *carrago* munimentum ex plaustris 1 Sam. 17, 20. 26, 5, 7. — 2) *orbita* in quâ rotæ volvuntur Ps. 65, 12, hinc — 3) *via* ipsa Ps. 140, 6. Prov. 2, 18, trop. *agendi ratio* Ps. 23, 3. Prov. 2, 9 etc.— Rad. עָגַל.

מָעַד; part. act. מוֹעֵד undè pl. constr. מוֹעֲדֵי; fut. יִמְעַד; *vacillavit, nutavit* Ps. 18, 37. Job 12, 5 etc.— Prov. 25, 19 מוֹעֲדָה aliis est pro מוֹעֶדֶת part. f. *vacillans*, al. nom. absir. *vacillatio.*

Hiph. imp. in pausâ הַמְעַד *fac nutare* Ps. 69, 24.

מַעֲדַי n. pr. viri Esr. 10, 34.

מַעַדְיָה et מוֹעַדְיָה n. pr. viri Neh. 12, 5, 17.

מַעֲדַנִּים (à rad. עָדַן) undè pl. מַעֲדַנִּים et מַעֲדָנִים; constr. מַעֲדַנֵּי; plur. f. מַעֲדַנּוֹת; 1) *deliciæ, voluptas* Prov. 29, 17, hinc adv. *cum voluptate, hilari animo* 1 Sam. 15, 32.—2) *cibi delicati, cupediæ* Gen. 49, 20. Thren. 4, 5. — 3) forsan *vincula*, per metathes. pro מַעֲנַדּוֹת à rad. עָנַד Job 38, 31 : *vincula Pleiadum;* al. tamen *deliciæ Pleiadum* i. e. sidus Pleiadum amœnissimum. Vid. כִּימָה.

מַעֲדֵר m. *sarculum* Jes. 7, 25. — Rad. עָדַר.

מֵעֶה m. undè pl. מֵעִים, constr. מְעֵי; suff. מֵעֶיךָ, מֵעֵיהֶם; pr. *viscera*, hinc 1) *intestina* 2 Sam. 20, 8 etc. — 2) *venter* Jon. 2, 1 etc., spec. *partes genitales* maris, hinc *prodire è partibus genitalibus alicujus* i. e. ab aliquo nasci Gen. 15, 4 etc., it. *uterus* Gen. 25, 33. Ruth 1, 11 etc. sed *venter*

externus Cant. 5, 14. — 3) *pectus*, *cor*, hinc trop. *animus intimus* Jes. 16, 11. Ps. 40, 9 etc. — Rad. מעה.

מֵעוֹת f. pl. vulgò *scrupi*, *lapilli*; undè Jes. 48, 19 : *sicut arena semen tuum*, וְצֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ כְּמֹעֹתָיו *et propagines viscerum tuorum* (prognati tui) *sicut propagines lapillorum* scil. arenæ, vel maris (vers. 18); sed Gesenius, haud ineptè, vertit : *ut propagines viscerum ejus* scil. maris, pro pleniore כִּצְאֱצָאֵי מְעוֹתָיו i. e. ut pisces maris in visceribus ejus orti; valente מְעוֹת i. q. מֵעִים, sed formâ femin. translatum usum indicante.—Quoad etymon, conferunt Chald. מָעָא *nummulus*, *obolus*, forsan *lapillus*, et arab. مَاعِيَة (maghiyaht) sed posterius hoc *dubium conscientiæ*, non autem *lapillum* denotat.

מָעוֹג m. *placenta* 1 Reg. 17, 12. Ps. 35, 16, vid. לָעַג. — Rad. עוג.

מָעוֹז, מָעֹז masc. cum suff. מָעֻזִּי, מָעוּזִּי, מָעֻזּוֹ et מָעוּזוֹ, מָעֻזָּהּ pro מָעֻזּוֹ, pl. מָעוֹזִים et מְעֻזִּים; constr. מְעוּזֵי, et resoluto Daguesch in נ more chald. מָעֻזְנֵי, undè cum suff. מָעֻזְנֵיהֶם; 1) *locus munitus*, *munimentum* Jud. 6, 26. Jes. 17, 9 etc., trop. Ps. 60, 9. Prov. 10, 29. De *asylo*, *refugio* Jes. 25, 4, trop. Ps. 37, 39. 43, 2. — Rad. עָזַז.

מָעוֹךְ n. pr. viri 1 Sam. 27, 2.

מָעוֹן m. constr. מְעוֹן, suff. מְעוֹנוֹ; 1) *habitatio*, *habitaculum* Deut. 26, 15. Ps. 26, 8, de lustro ferarum Jer. 9, 10 etc., de refugio Ps. 90, 1. — 2) n. pr. a) oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 55 etc. — b) gentis arabicæ Jud. 10, 12 etc. quæ etiam מְעוּנִים 2 Par. 26, 7 et in Keri 1 Par. 4, 41 dicitur — c) n. pr. viri 1 Par. 2, 45. — Rad. עון.

בֵּית בַּעַל מְעוֹן vid. מְעוֹן.

מְעוֹנָה et מְעֹנָה f. pl. מְעוֹנוֹת; *habitatio*, *lustrum*, *asylum* Deut. 33, 27. Jer. 21, 13. Ps. 104, 22 etc. — Rad. עון.

מְעוּנִים n. pr. 1) gentis arabicæ, vid. מָעוֹן. — 2) viri Esr. 2, 50.

מְעוֹנֹתַי n. pr. viri 1 Par. 4, 14.

מָעוֹף m. *caligo*, *obscuritas*; constr. מְעוֹף Jes. 8, 22.—Rad. עוף.

מְעוֹר m. undè מְעוֹרֵיהֶם *pudenda eorum* Hab. 2, 15.—Rad. עור.

מָעוֹז vid. מָעוֹז.

מַעֲזִיָּה et מַעֲזִיָּהוּ n. pr. viri Neh. 10, 9.

מָעַט undè infin. constr. מְעַט et מְעָט; fut. יִמְעַט, pl. in pausâ יִמְעֲטוּ; 1) pr. forsan ut in arab. et hebr. מָרַט *glaber*, *nudus*, hinc *politus*, *acutus fuit*, undè מָעַט. — 2) *paucus fuit* Ex. 12, 4. Neh. 9, 32, *minutus*, *diminutus fuit* Jes. 21, 17. Ps. 107, 39. Prov. 13, 11.

Pih. מִעֵט *diminutus fuit* Eccl. 12, 3.

Hiph. הִמְעִיט; part. מַמְעִיט; fut. יַמְעִיט; 1) *paucum fecit*, *minuit* Lev. 25, 16 etc. — 2) *parùm fecit*, *parùm collegit* Ex. 16, 17, 18 etc., *pauca dedit* Ex. 30, 15. Num. 36, 8. — Deriv. seq.

מְעַט sed מְעָט 2 Par. 12, 7; 1) adj. *paulus*, *paucus* Num. 13, 18. 26, 54, pl. מְעַטִּים *pauci* Ps. 109, 8. Eccl. 5, 1.—2) subst. *paulum*, *paucitas* Gen. 18, 4 etc., hinc *homines paucitatis* i. e. pauci Deut. 26, 5 etc.— 3) adv.

parumper Ps. 8, 6, *paulisper, aliquantisper* Ps. 37, 10. Ruth. 2, 7. מְעַט מְעַט *paulatim* (*peu à peu*) Ex. 23, 30 etc. — Cum כְּ præfix. כִּמְעַט *propè, haud multùm abfuit, quin* Gen. 26, 10 etc., *citò, repentè* Ps. 2, 12 etc., *quàm paucissimè* Prov. 16, 20 etc., sed vid. quæ adnotavi suprà pag. 272 in כְּ.

מָעֹט m. undè fem. מְעֻטָה *polita, acuta*, de gladio Eze. 21, 20, conf. מָרַט vers. 15, 16.

מַעֲטֶה m. *amictus, pallium;* constr. מַעֲטֵה Jes. 61, 3.—Rad. עָטָה.

מַעֲטָפָה f. undè pl. מַעֲטָפוֹת *amicula, tunicæ superiores* et manicatæ, juxta Schrœder (De vestitu mulier. Hebr.) Jes. 3, 22.—Rad. עָטַף.

מְעִי m. (pro מֵעָוִי) ut עִי *acervus ruderum* Jes. 17, 1.—Rad. עָוָה.

מַעַי n. pr. viri Neh. 12, 36.

מְעִיל m. pl. מְעִילִים *pallium* Ex. 28, 31. Lev. 8, 7 : 2 Sam. 13, 18 etc. —Rad. מָעַל.

מֵעִים vid. מֵעָה.

מָעַיִן m. constr. מַעְיַן et poët. cum ו parag. מַעְיָנוֹ; suff. מַעְיָנוֹ; plur. מַעְיָנִים, constr. מַעְיְנֵי, cum suff. מַעְיָנַי pl. f. מַעְיָנוֹת, constr. מַעְיְנוֹת; denom. ab עַיִן, 1) *scaturigo* Ps. 84, 7. — 2) *fons* Gen. 7, 11. Ps. 74, 15 etc.

מְעִינִים ut מְעוֹנִים q. v.

מָעֻךְ undè part. pass. מָעוּךְ *compressum* animal i. e. cui compressi sunt testiculi Lev. 22, 24; מְעוּכָה *compressa, impressa, infixa* in terram, de hastâ 1 Sam. 26, 7.

Puh. מֹעֲכוּ *compressa sunt* ubera Eze. 23, 3.

מַעֲכָה et מַעֲכַת n. pr. 1) oppidi et regionis ad radices Hermon Deut. 3, 13 etc. Nom. gent. לַעֲכָתִי Deut. 3, 14 etc. — 2) viror. et mul. Gen. 22, 24 : 1 Reg. 15, 2 etc.

מָעַל; infin. absol. מָעוֹל, constr. מְעֹל, cum suff. מַעֲלָם; fut. יִמְעַל et יִמְעֹל; pl. in pausâ יִמְעֲלוּ; *perfidè, fraudulenter egit* Prov, 16, 10. Neb. 1, 8 etc. seq. בְּ pers. maximè Dei, i. e. *prævaricatus est, peccavit* in Deum Deut. 32, 50 etc., seq. בְּ rei *surripuit* aliquid Jos. 7, 1 : 1 Par. 2, 7. — Deriv. מְעִיל et

מַעַל m. suff. מַעֲלוֹ; *perfidia, prævaricatio* Lev. 5, 15. Job 21, 34 etc.

מַעַל m. (pro מַעֲלֶה) pr. *pars, superior*, hinc cum ה loc. מַעְלָה *sursùm* 1 Reg. 7, 31. Deut. 28, 43 : *sursùm sursùm* i. e. magis magisque sursùm, it. *ulteriùs, plùs* Num. 1, 20 : 1 Sam. 9, 2, *deinceps* 1 Sam. 16, 13. —Cum præf. מִמַּעַל *desuper* Jes. 45, 8, *supernè* Deut. 5, 8 etc. seq. לְ *super, supra* Gen. 22, 9. Dan. 12, 6, *juxta, prope* Jes. 6, 2; לְמַעְלָה *sursùm*, Jes. 7, 11 etc., *supra* Esr. 9, 6, *ulteriùs* 1 Par. 23, 27, seq. מִן *præter* id quod 1 par. 29, 3; מִלְמַעְלָה *desuper, supernè* Gen. 6, 16. Ex. 25, 21 etc. — Rad. עָלָה.

מֵעַל vid. עַל.

מַעַל m. *elatio, elevatio* Neh. 8, 6. — Rad. עָלָה.

מַעֲלֶה m. constr. מַעֲלֵה; pl. cum suff. מַעֲלָיו pro מַעֲלָיו; 1) *locus per quem ascenditur, ascensus* Eze. 40, 31. Neh. 12, 37. — 2) *locus editus,*

spec. *suggestus* Neh. 9, 4, *clivus*, 1 Sam. 9, 11, hinc מַעֲלֵה עַקְרַבִּים *clivus scorpionum* n. pr. loci in Palæstinâ Num. 34, 4 etc. — Rad. עָלָה.

מַעֲלָה f. pl. מַעֲלוֹת ; suff. מַעֲלֵהוּ et מַעֲלֹתֵהוּ ; 1) *locus per quem ascenditur*, *gradus* 1 Reg. 10, 19 etc., sed 2 Reg. 20, 9. Jes. 38, 8 aliis est *gradus gnomonis*, aliis *gradus* palatii. — 2) *locus editus* 1 Par. 17, 17, spec. *contignatio superior*, *conclave superius* (vel *plate-forme*) domûs apud Orientales Amos 9, 6. — 3) *ascensus*, *ascensio* i. e. profectio in regionem superiorem Esr. 7, 9, metaph. Eze. 11, 5, conf. 38, 10 formulam *ascendit ad cor*. — שִׁיר הַמַּעֲלוֹת in titulis Ps. 120-134, pr. *carmen ascensionum* vel *graduum*, hinc al. carmina quæ canebantur, cum Israëlitæ ad Hierosolymam ascenderent, nimirùm vel ad festa quotannis celebranda, vel cum è Babylonico exilio redirent ; al. carmina quæ sublimi elatâque voce accinerentur ; sed probabiliùs forsan conjectat Gesenius carmina hæc ità appellata fuisse propter numerum rythmumque plurimis conspicuum qui in eo cernitur quòd gradatim quasi progreditur oratio, siquidem vel postrema vel prima antecedentis sententiæ verba ab initio subsequentis repeti solent. Ejusdem generis carminibus adnumerat idem Gesenius carmen Deboræ Jud. 5, 3, 5, 6, 9, 12, 19, 20, 21, 23, 24, 27, 30. — Rad. עָלָה.

מַעְלִיל Zach. 1, 4 ut seq.

מַעֲלָל m. undè pl. מַעֲלָלִים ; constr. מַעַלְלֵי ; suff. מַעֲלָלֶיךָ *opera*, *facinora* Jer. 7, 5. Ps. 67, 12 etc. — Rad. עָלַל.

מַעֲמָד masc. constr. מַעֲמַד ; suff. מַעֲמָדְךָ, מַעֲמָדָם *statio* 1 Reg. 10, 5. Jes. 22, 19 etc. — Rad. עָמַד.

מְעֻמָּד m. vid. in Hoph. עָמַד.

מַעֲמָסָה f. *onus* Zach. 12, 3. — Rad. עָמַס.

מַעֲמַקִּים m. plur. constr. מַעַמַקֵּי ; *loca profunda* Jes. 51, 10. Ps. 69, 3 etc. — Rad. עָמַק.

מַעַן (pro מַעֲנָה) * pr. subst. *clamor* ut יַעַן, ubi vide quæ dixi de etymo ; ubique cum præf. לְ, לְמַעַן *ad clamorem*, *ob clamorem* ; hinc simpl. *ob*, *propter* 2 Reg. 8, 19. Ps. 6, 5 etc. ; et ità cum suff. לְמַעֲנִי, לְמַעַנְךָ, לְמַעֲנֵהוּ, לְמַעַנְכֶם, לְמַעֲנָהּ, *propter me*, *te* etc. Seq. verbo *eo consilio ut* Ex. 4, 5. Jer. 7, 10. Amos 2, 7 etc., pleniùs לְמַעַן אֲשֶׁר Gen. 18, 19. Jos. 3, 4 etc. — Rad. עָנָה.

מַעֲנֶה m. constr. מַעֲנֵה ; * 1) pr. *clamor*, *τὸ proferre vocem*. Prov. 16, 1 : *hominis est cor disponere*, *sed à Jehovâ* est *clamor* (sermo) *linguæ* i. e. forsan : homo persæpè constituit aliquid dicere, sed Jehova repentè illius mentem et linguam mutat, ità ut longè diversum proloquatur ; conf. Num. 23. * — 2) generatim *dictum*, *verbum* et spec. *responsio*, *responsum* Job 32, 3. Prov. 15, 1. — 3) cum præf. לְ ut לְמַעַן *ob*, *propter* Prov. 16, 4. — Rad. עָנָה.

מַעֲנוֹת f. plur. cum suff. מַעֲנֹתָם ; *sulcus* 1 Sam. 14, 14. Ps. 129, 3 in Chethib. — Etymon latet ; quibusdam est pr. *locus*, *pars* terræ aratro *de-*

pressa et *subacta;* sed hoc longiùs petitum videtur; conf. quæ dixi in rad. עָנָה.

מְעֹנָה f. vid. מְעוֹנָה.

מַעֲנִית f. id. Ps. 129, 3 in Keri.

מַעַץ n. pr. viri 1 Par. 2, 27.

מַעֲצֵבָה f. *dolor* Jes. 30, 11.—Rad. עָצַב.

מַעֲצָר m. *securis* Jes. 44, 12. Jer. 10, 3. — Rad. עצר in arab. *securi cecidit.*

מַעְצוֹר masc. *prohibitio, impedimentum* 1 Sam. 14, 6. — Rad. עָצַר.

מַעֲצָר m. *coërcitio, cohibitio* Prov. 25, 28. — Rad. עָצַר.

מַעֲקֶה m. *peribolus, septum tectorum* Deut. 22, 8. Plana enim erant, ut nunc sunt tecta domorum in Oriente, et nisi peribolis cincta fuissent, in iis sine periculo ambulare nemo potuisset,—Rad. עקה in arab. *retinuit. detinuit.*

מַעֲקַשִּׁים m. pl. *viæ tortuosæ* Jes. 42, 16. — Rad. עָקַשׁ

מַעַר m. (pro מַעֲרֶה) suff. מַעֲרֶךָ; pr. *locus nudus*, hinc *spatium nudum, vacuum* 1 Reg. 7, 36, it. *pars* corporis *nuda, pudenda* Nah. 3, 5. — Rad. עָרָה.

מַעֲרָב m. eum ה loc. מַעֲרָבָה; pl. מַעֲרָבִים; 1) *occidens*, locus, ubi sol occidit Jes. 43, 5. Ps. 75, 7 etc. — 2) *merces* Eze. 27, 9, 13 etc.—Rad. עָרַב.

מַעֲרָבָה f. *occidens* Jes. 45, 6. — Rad. עָרַב.

מַעֲרֶה m. *locus nudus, planities*; constr. מַעֲרֵה Jud. 20, 33.—Rad. עָרָה.

מְעָרָה f. constr. מְעָרַת; pl. מְעָרוֹת; *caverna, spelunca* Gen. 19, 30 etc., sed Jos. 13, 4 quibusdam est n. pr. loci; Vulgat. *Maara.*—Rad. עור.

מַעֲרוֹת f. plur. forsan *loca nuda, planities, campi* 1 Sam. 17, 23, in Chethib, ut Keri אערכות habet. — Rad. עָרָה.

מַעֲרִיץ vid. Hiph. rad. עָרַץ.

מַעֲרָךְ m. *dispositio, consilium;* pl. constr. מַעַרְכֵי Prov. 16, 1. — Rad. עָרַךְ.

מַעֲרָכָה f. plur. מַעֲרָכוֹת, constr. מַעַרְכוֹת; 1) *dispositio, instructio* Ex. 39, 37, spec. *aciei* vel ipsa *acies instructa* 1 Sam. 4, 16 etc.—2) *strues, ordo* Lev. 24, 6. Jud. 6, 26.—Rad. עָרַךְ.

מַעֲרֶכֶת f. 1) *strues* Lev. 24, 6 etc. — 2) *acies instructa* 1 Sam. 17, 8. — Rad. עָרַךְ.

מַעֲרֻמִּים m. pl. pr. *nuda* corporis *loca*, hinc *nudi* homines 2 Par. 28, 15.—Rad. עָרַם.

מַעֲרָצָה f. *terror, violentia* Jes. 10, 33.—Rad. עָרַץ.

מַעֲרַת n. pr. loci in montanis Judæ Jos. 15, 59.

מַעֲשֶׂה m. constr. מַעֲשֵׂה; suff. מַעֲשֵׂהוּ; pl. מַעֲשִׂים; constr. מַעֲשֵׂי; suff. מַעֲשַׂי; 1) *quæ quis agit, facit, negotium* (*occupation*) Gen. 47, 3. Ex. 5, 4 etc., hinc *universa agendi ratio* (*conduite*) Ex. 23, 24. Eccl. 4, 3 etc., spec. *mala agendi ratio* Job 33, 17. — 2) *factum, facinus* (*fait, action*) in bonam et malam partem Gen. 44, 15. Jud. 2, 10 etc. — 3) *opus* quod quis produxit (*œuvre, ouvrage*) Deut. 4, 28. Jes. 5, 19 etc., metaph. *fructus* rei Jes. 32, 17. —

4) *labore partum quid, res, bona* Ex. 23, 16: 1 Sam. 25, 2. Jes. 26, 12.—Rad. עָשָׂה.

מַעֲשַׂי n. pr. viri 1 Chron. 9, 12.

מַעֲשֵׂיָה et מַעֲשִׂיָּהוּ n. pr. viror. Jer. 21, 1: 1 Par. 15, 18 etc.

מַעֲשֵׂר m. constr. מַעֲשַׂר, suff. מַעַשְׂרוֹ; plur. fem. מַעֲשְׂרוֹת, suff. מַעַשְׂרֹתֵיכֶם (denom. à עֶשֶׂר); *decima* Gen. 14, 20 etc.

מַעֲשַׁקּוֹת f. pl. *oppressiones* Prov. 25, 16.—Rad. עָשַׁק.

מֹף Hos. 9, 6, alibi נֹף Jes. 19, 13. Jer. 2, 16, n. pr. *Memphis*, urbs Ægypti percelebris ad Nilum sita.

מִפְגָּע m. *occursus, impetus*, sed meton. *is in quem fit impetus* Job 7, 20.—Rad. פָּגַע.

מַפָּה masc. *exspiratio, exhalatio*; constr. מַפַּח Job 11, 20.—Rad. נָפַח.

מַפֵּחַ m. *follis* fabrilis Jer. 6, 29. —Rad. נָפַח.

מִפִּיבֹשֶׁת et מְפִבֹשֶׁת n. pr. viror. 2 Sam. 4, 4. 21, 8.

מְפִים vid. שְׁפוּפָם.

מַפִּיץ m. *malleus* bellicus Prov. 25, 18. Rad. פוּץ.

מַפָּל m. constr. מַפַּל pl. מַפָּלִים undè constr. מַפְלֵי; *pars decidua* frumenti, *palea* Amos 8, 6, Job 41, 15: *partes deciduæ carnis ejus* (crocodili) *cohærent* i. e. partes carnis quæ in aliis animantibus decidunt laxiores præ pinguedine, in ipso sunt firmissimæ et inter se coarctissimè connexæ. — Rad. נָפַל.

מִפְלָאָה f. undè pl. constr. מִפְלְאוֹת *mirabiliter facta* Job 37, 16. — Rad. פָּלָא.

מִפְלַגָּה f. undè pl. מִפְלַגּוֹת *classes* 2 Par. 35, 12. — Rad. פָּלַג.

מַפֵּלָה et מַפֶּלָה f. *ruina* Jes. 17, 1. 23, 13. 25, 2. — Rad. נָפַל.

מִפְלָט m. *evasio, effugium* Ps. 55, 9. — Rad. פָּלַט.

מִפְלֶצֶת f. suff. מִפְלַצְתּוֹ; *idolum* 1 Reg. 15, 13 etc. — Rad. פָּלַץ.

מִפְלָשׁ m. *libratio*; pl. constr. מִפְלְשֵׁי Job 37, 16.— Rad. פלש ut פָּלַס.

מַפֶּלֶת f. suff. מַפַּלְתֵּךְ, מַפַּלְתּוֹ; 1) *casus, ruina* Eze. 26, 15 Prov. 29, 16 etc. — 2) meton. *id quod corruit* Eze. 31, 13, hinc *cadaver* Jud. 14, 8. — Rad. נָפַל.

מִפְעָל masc. *opus*; pl. cum suff. מִפְעָלָיו Prov. 8, 22. —Rad. פָּעַל.

מִפְעָלָה f. id. pl. constr. מִפְעֲלוֹת Ps. 46, 9. 66, 5.

מִפַּעַת vid. מִיפַעַת.

מַפָּץ m. *contusio, allisio*; suff. מַפָּצוֹ Eze. 9, 2.—Rad. נָפַץ.

מַפֵּץ m. ut מֵפִיץ *malleus* Jer. 51, 20.—Rad. נָפַץ.

מִפְקָד m. constr. מִפְקַד; 1) *locus constitutus, destinatus* Eze. 43, 21. 2) *recensio, lustratio* 2 Sam. 24, 9. — 3) *mandatum* 2 Par. 31, 13.—4) שַׁעַר הַמִּפְקָד n. pr. portæ Jerusalem Neh. 3, 31.—Rad. פָּקַד.

מִפְרָץ m. *portus*; plur. cum suff. מִפְרָצָיו Jud. 5, 17.—Rad. פָּרַץ.

מַפְרֵקֶת f. *cervix*; suff. מַפְרַקְתּוֹ 1 Sam. 4, 18.—Rad. פָּרַק.

מִפְרָשׂ m. suff. f. מִפְרָשֵׂךְ; pl. constr. מִפְרְשֵׂי; 1) *expansio* Job 36, 29. — 2) *id quod expanditur*, spec. *velum* navis Eze. 27, 7.—Rad. פָּרַשׂ.

מִפְשָׁעָה f. *pars corporis* à quâ primus motus in *gradiendo* incipit, *coxendix*, *nates* 1 Par. 19, 4, ubi per euphemismum ponitur pro שְׁתוֹת quod in loco parall. 2 Sam. 10, 4 occurrit.—Rad. פָּשַׁע.

מַפְתֵּחַ m. *clavis* Jud. 3, 25. Jes. 22, 22.—Rad. פָּתַח.

מִפְתַּח m. undè constr. מִפְתַּח שְׂפָתַי *apertio labiorum meorum* i. e. quod labia mea proferunt Prov. 8, 6.—Rad. פָּתַח.

מִפְתָּן m. constr. מִפְתַּן; *limen inferius* 1 Sam. 5, 4 etc. Etymon. prorsùs ignotum, etsi Gesenio idem sit rad. inus. פתן, quod in arab. מַתַן nempè *validus*, *firmus fuit*.

מִץ vid. מוּץ.

מָצָא, fem. cum suff. מְצָאַתְנוּ, מְצָאַתְכֶם; 2 pers. f. מָצָאת; 1 מָצָאתִי et מָצָתִי; part. act. מוֹצֵא et מֹצֶה; pl. מֹצְאִים, constr. מֹצְאֵי; f. מֹצֵאת (pro מֹצָאֶת) et מְצֵאת, pl. מְצָאוֹת; inf. constr. מְצֹא, cum suff. מְצָאֲכֶם; imp. מְצָא, pl. f. מְצָאן; fut. יִמְצָא, cum suff. יִמְצָאֵךְ, cum נ epenth. et ה parag. יִמְצָאֲנָה, pl. cum suff. et נ antè suff. more Syrorum יִמְצָאֻנְנִי, יִמְצָאוּנָהּ; pr. *pertigit*, *pervenit* ad aliquid, seq. עַד Job 11, 7, hinc 1) *assecutus*, *consecutus est*, *obtinuit*, sibi *comparavit*, seq. acc. Gen. 26, 12. Prov. 3, 13 etc.—2) *invenit*, *reperit* aliquem, aliquid, seq. acc. Gen. 2, 20: 1 Sam. 29, 3 etc.—3) *obvenit*, *accidit* alicui, seq. acc. vel לְ pers. Gen. 44, 34. Jes. 10, 10 etc.—4) *suffecit*, *sufficiens fuit* Num. 11, 22. Jud. 21, 14.

Niph. נִמְצָא, 2 p. f. נִמְצֵאת, 1 p. נִמְצֵאתִי; part. נִמְצָא, pl. נִמְצָאִים Esr. 8, 25, alibi נִמְצְאִים f. נִמְצָאָה, pl. נִמְצָאוֹת; infin. הִמָּצֵא, imper. הִמָּצֵא; fut. יִמָּצֵא, plur. יִמָּצוּ quasi à מָצָה; 1) *comparatus*, *acquisitus est* Deut. 21, 17. Jos. 17, 16 etc.—2) *inventus est* Gen. 44, 16. Ex. 22, 3 etc. Hinc *fuit*, *adfuit*, *extitit* (*se trouver*) in aliquo loco Gen. 47, 14. Jer. 41, 3 etc. Sed *inventus est Deus* i. e. *præstò fuit*, *exaudivit* 1 Par. 28, 9.

Hiph. הִמְצִיא, 1 pers. cum suff. absque א, הִמְצִיתִיךָ et cum נ epenth. יַמְצִיאֻנִי; pr. *pervenire fecit*, hinc 1) *tradidit* 2 Sam. 3, 8.—2) *tribuit* Job 34, 11.—3) *attulit*, *obtulit* Lev. 9, 12, 13, 18.

מַצָּב m. undè constr. מַצַּב, cum suff. in pausâ מַצָּבֶךָ; *locus ubi quid consistit*, *satio* Jos. 4, 3, 9, spec. *statio militum* 1 Sam. 13, 23 etc., *munus* alicui *demandatum* (*poste*) Jes. 12, 19.—Rad. נָצַב.

מְצָב m. *statio militum* Jes. 29, 3.—Rad. נָצַב.

מַצֵּבָה et מַצֶּבָה f. id. 1 Sam. 14, 12. Zach. 9, 8.

מַצֵּבָה f. constr. מַצֶּבֶת; pl. מַצֵּבוֹת; constr. מַצְּבוֹת; suff. מַצֵּבֹתָם; *quidquid erectum stat*, spec. *cippus* Gen. 28, 18. Ex. 24, 4, *statua*, *simulacrum* idoli 2 Reg. 3, 2. Mich. 5, 12 etc.—Rad. נָצַב.

מִצְבֶּיהָ n. pr. loci 1 Par. 11, 47.

מַצֶּבֶת f. suff. f. מַצַּבְתָּהּ; 1) *cippus* Gen. 35, 14, 20.—2) *statua* 2 Sam. 18, 18.—3) *stirps* Jes. 6, 13.—Rad. נָצַב.

מְצָד m. (à rad. צוד, ut מְעָרָה, à עור); constr. מְצַד; pl. f. מְצָדוֹת; pr. *locus venationis* i. e. locus undè prædam agunt venatores et in quo tutò considere possunt, hinc 1) ut arab. מַצְאד *vertex* montis, accessu difficilis 1 Sam. 23, 14 etc. — 2) *castellum* montanum, *arx* Jer. 48, 41. 51, 30: 1 Par. 11, 7.

מָצָה; fut. יִמְצֶה; cum ו convers. וַיִּמְצְ; 1) ut cognat. מָצַץ, *suxit, exsuxit, sugendo exhausit* Jes. 51, 17. Eze. 23, 34. Ps. 75, 9.—2) *expressit* humorem Jud. 6, 38.

Niph. נִמְצָה; fut. יִמָּצֶה; 1) *sugendo exhaustus est* Ps. 73, 10.—2) *expressus est* Lev. 1, 15. 5, 9.

מַצָּה f. pl. מַצּוֹת; 1) *azymum, infermatentum* Ex. 12, 15. Lev. 8, 26 etc. חַג הַמַּצּוֹת *festum azymorum, Pascha* Ex. 23, 15 etc..—Rad. מצץ, sed etymon incertum, quamquàm Gesenius contendit verbum מצץ valere secundariò *dulcis fuit*, et Winerus confert arab. مَصَّ *purum, sincerum.* —2) * vulgò *rixa, jurgium,* sed rectiùs forsan *actio trudendi, pellendi, pulsus, conflictio* (à rad. נָצָה q. v.). Prov. 13, 10: *tantummodò cum superbiâ datur conflictio* i. e. nihil aliud oritur ex superbiâ, nisi conflictio. Sed Prov. 17, 19: אֹהֵב פֶּשַׁע אֹהֵב מַצָּה alii vertunt: *diligens prævaricationem diligit rixam* i. e. peccatum rixam parit; alii: *diligit prævaricationem qui litem, jurgium diligit* i. e. vix est ut culpam fugiat qui litigat; ego verò: *qui diligit defectionem, diligit* etiam *conflictionem* i. e. quisquis peccat in socium deficiendo ab ipso, seu eum deserendo, peccat insuper in eum irruendo, sive ipsum trudendo. Conf. rad. פָּשַׁע et נָצָה.*

מַצָּה n. pr. oppidi in tribu Benjamin Jos. 18, 26.

מִצְהֲלוֹת f. undè pl. constr. מִצְהֲלוֹת; cum suff. f. מִצְהֲלוֹתַיִךְ; *hinnitus* Jer. 8, 16. 13, 27.—Rad. צָהַל.

מָצוֹד masc. constr. מְצוֹד; plur. מְצוֹדִים; 1) *rete venatoris* Eccl. 7, 26. — 2) *arx, munitio* Eccl. 9, 14. — 3) *captura præda* Prov. 12, 12. — Rad. צוד.

מָצוּד masc. *rete venatoris;* suff. מְצוּדוֹ Job 19, 6.—Rad. צוד.

מְצוּדָה fem. suff. מְצוּדָתָהּ; plur. מְצָדוֹת; 1) *rete* Eccl. 9, 12. — 2) *arx, munimentum* Jes. 29, 7. Eze. 19, 9.—Rad. צוד.

מְצוּדָה f. et מְצָדָה; pl. מְצוּדוֹת; 1) *rete* Eze. 12, 13.—2) *vertex* montis 1 Sam. 22, 4. Job 39, 28, et *castellum* montanum, *arx* 2 Sam. 5, 7, transl. de Dec Ps. 18, 3 etc. — 3) *captura, præda* Eze. 13, 21.—Rad. צוד.

מִצְוָה f. constr. מִצְוַת; pl. מִצְוֹת; suff. מִצְוָתִי, מִצְוָתְךָ et מִצְוָתֵךְ, מִצְוָתוֹ et מִצְוָתָיו; *præceptum; mandatum* maximè divinum Lev. 4, 2. Deut. 6, 1. Prov. 7, 1 etc. *Præceptum Levitarum* i. e. quod Levitis ex præcepto debetur Neh. 13, 5.—Rad. צוה.

מְצוּלָה f. undè pl. מְצוּלוֹת *profunditates, profunda* Ex. 15, 5. Neh. 9, 11.—Rad. צול ut vicin. צָלַל.

מְצוּלָה f. pl. מְצוּלוֹת et מְצֻלוֹת id. Jon. 2, 4. Ps. 69, 3 etc.

מָצוֹק *pressura*, *angustiæ* Deut. 28, 53. Jer. 19, 9 etc.—Rad. צוק.

מְצוֹק m. *rupes*, *scopulus proeminens* 1 Sam. 14, 5, ità Vulgat. suadetque contextus. Plur. constr. מְצַקֵּי אָרֶץ, plerisque recentiorum est *fundamenta terræ*, Vulgat. *cardines terræ* 1 Sam. 2, 8.—Rad. צוק.

מְצוּקָה f. plur. מְצוּקוֹת; *angustiæ* Soph. 1, 15. Ps. 107, 6 etc.—Rad. צוק.

מָצוֹר masc. constr. מְצוֹר; 1) pr. *coarctatio*, *pressura*, hinc a) *angustiæ*, *vexatio* Deut. 28, 53. Jer. 19, 19. — b) *obsidio* Eze. 4, 2 etc.—c) *agger obsidentium* Deut. 20, 20. Mich. 4, 14. — d) *munimentum*, *arx* Hab. 2, 1: 2 Par. 32, 10. — 2) n. pr. *Ægypti*, sed magis poëticum quàm alterum מִצְרַיִם q. v. 2 Reg. 19, 24. Jes. 19, 6 etc.—Rad. צור.

מָצוֹר m. *obsidio*; suff. in pausâ מְצוֹרֶךָ Eze. 4, 8.—Rad. צור.

מְצוּרָה f. pl. מְצוּרוֹת et מְצָרוֹת; 1) *munitio*, *munimentum* 2 Par. 11, 10. 14, 5, et ipsa *urbs munita* 11, 11.—2) *agger obsidentium* Jes. 29, 3.—Rad. צור.

מַצּוֹת f. ut מַצָּה q. v. suff. in pausâ מַצֹּתֶךָ Jes. 41, 11.

מֵצַח m. suff. מִצְחוֹ; plur. מְצָחוֹת undè constr. מִצְחוֹת; *frons* 1 Sam. 17, 49. Eze. 9, 4 etc.—Etymon latet.

מִצְחָה f. *ocrea* juxtà veteres, sed *frontale* est permultis recentioribus; constr. מִצְחַת 1 Sam. 17, 6.—Etymon ignotum.

מְצִלָּה f. undè pl. מְצִלּוֹת *tintinnabula* equis appensa Zach. 14, 20. — Rad. צָלַל.

מִצְלָה f. *locus umbrosus* Zach. 1, 8.—Rad. צָלַל.

מְצִלָּתַיִם f. undè dual. מְצִלְתַיִם *cymbala bina*, instr. music. Esr. 3, 10. Neh. 12, 27.—Rad. צָלַל.

מִצְנֶפֶת f. *tiara*, *cidaris* Ex. 28, 4; 39.—Eze. 21, 31.—Rad. צָנַף.

מַצָּע m. *stratum*, *lectus* Jes. 28, 20.—Rad. יָצַע.

מִצְעָד m. *incessus*, *gressus*; undè pl. constr. מִצְעֲדֵי; suff. מִצְעָדָיו; Dan. 11, 43 etc.—Rad. צָעַד.

מִצְעִירָה f. (prō מִן צְעִירָה) *quod propè abest à parvo*, *subparvum*, *parvulum* Dan. 8, 9.—Rad. צָעַר.

מִצְעָר m. constr. מִצְעַר; 1) *parvum*, *exiguum* quid Gen. 19, 20. Job 8, 7, de tempore Jes. 63, 18, de numero 2 Par. 24, 24. — 2) n. pr. montis in orientali jugo Libani Ps. 42, 7.—Rad. צָעַר.

מִצְפֶּה m. constr. מִצְפֵּה; 1) *locus editus undè speculantur*, *specula* Jes. 21, 8: 2 Par. 20, 24.—2) n. pr. oppid. a) in tribu Judâ Jos. 15, 38.—b) in Moab. 1 Sam. 22, 3. — c) in tribu Gad Jud. 11, 29. — d) in tribu Benjamin Jos. 18, 26. — e) vallis in finibus septentr. Palæstinæ Jos. 11, 8.—Rad. צָפָה.

מִצְפָּה n. pr. oppid. 1) in tribu Benjamin Jud. 21, 1: 1 Sam. 7, 5 etc., quod מִצְפֵּה Jos. 18, 26. — 2) in Galaad Jud. 10, 17. Hos. 5, 1 etc.

מַצְפֻּנִים m. pl. *loca abscondita*; suff. מִצְפֻּנָיו Obad. 6.—Rad. צָפַן.

מָצַץ undè fut. pl. תִּמְצוּ; ut cognat. מָצָה *suxit*, *sugendo exhausit* Jes. 66, 11

מְצָקָה f. *fusura*, suff. מְצַקְתּוֹ 2 Par. 4, 3.—Rad. יָצַק.

מֵצַר et מָצוֹר m. pl. מְצָרִים; constr. מְצָרֵי; *angustiæ*, *calamitas* Ps. 116, 3. 118, 5. Thren. 1, 3.—Rad. צָרַר.

מְצָרִי, מְצָרִית vid. in seq.

מִצְרַיִם dual., cum ה locali מִצְרַיְמָה; n. pr. *Ægyptus* Gen. 15, 18 etc. Ubi pro incolis sumitur, est masc., ubi verò pro terrâ ipsâ, fem. Nom. gent. מִצְרִי, pl. מִצְרִים Gen. 12, 12. 39, 1; f. מִצְרִית Gen. 16, 1; pl. מִצְרִיּוֹת Ex. 1, 19.

מִצְרָף m. *vas fusorium*, *catinus* Prov. 17, 3. 27, 21.—Rad. צָרַף.

מַק et מָק m. *tabes* Jes. 3, 24. 5, 24.—Rad. מָקַק.

מַקָּבָה f. undè pl. מַקָּבוֹת *mallei* 1 Reg. 6, 7 etc.—Rad. נָקַב.

מַקֵּבֶת f. 1) id. Jud. 4, 21. — 2) *locus perfossus*, *caverna* Jes. 51, 1.

מַקֵּדָה n. pr. oppidi in agris Judæ Jos. 10, 10. 12, 16 etc.

מִקְדָּשׁ m. cum Daguesch euphon. מִקְדָּשׁ; constr. מִקְדַּשׁ; מִקְדָּשׁוֹ et irreg. מִקְדְּשׁוֹ Num. 18, 29; plur. מִקְדָּשִׁים; constr. מִקְדְּשֵׁי, suff. מִקְדָּשַׁי 1) *locus sacer*, *sacrarium* Ex. 25, 8. Jes. 60, 13 etc. — 2) *asylum* Jes. 8. 14. Eze. 11, 16.—3) *res sacrata* Deo Num. 18, 29.—Rad. קָדַשׁ.

מַקְהֵלוֹת pl. m. et f. מַקְהֵלוֹת *loca congregationum*, *concionum* Ps. 26, 12. 68, 27. Posterius est etiam n. pr. stationis Israëlit. in deserto Num. 33, 25.—Rad. קָהַל.

עָתַם undè Niph. נֶעְתַּם *exustus, adustus est*, de terrâ Jes. 9, 18; ità LXX et Chald.; quod optimè congruit cum altero hemistichio: *et factus est populus sicut pabulum ignis.* Vulgò tamen *obscuratus est* ex usu arab. sed minùs rectè. Parùm placet quod suspicatur Gesenius, nempè עָתַם ejusdem vel similis potestatis fuisse atques תָּמַם (cognat. שָׁמַם).

עָתְנִי n. pr. viri 1 Par. 26, 7.

עָתְנִיאֵל n. pr. viri Jos. 15, 17 etc.

עָתַק; fut. יַעְתֵּק; 1) *dimotus, translatus est* Job 14, 18 etc. — 2) *ætate provectus est, consenuit* Ps. 6, 8. Job 21, 7.

Hiph. הֶעְתִּיק; part. מַעְתִּיק; fut. conv. וַיַּעְתֵּק; 1) *dimovit, transtulit* Job 9, 5, spec. tentorium, hinc *castra movit* Gen. 12, 8. 26, 22, *transtulit* in librum, *transcripsit* Prov. 25, 1. — 2) *abstulit*, impers. Job 32, 15. — Deriv. עָתִיק, עַתִּיק et seq.

עָתָק m. *insolens, arrogans* 1 Sam. 2, 3. Ps. 31, 19 etc.

עָתָק m. Prov. 8, 18: הוֹן עָתָק al. *divitiæ antiquæ* i. e. à longo tempore collectæ, al. *durabiles*, al. ex usu arab. *nitidæ, pulchræ*, Vulg. *superbæ.*

עָתַר, fut. יַעְתֵּר; 1) ut vicin. קָטַר *suffivit*, suffimentum *adolevit.* — 2) *supplex, oravit, deprecatus est*, seq. לְ, אֶל Gen. 25, 21. Job 33, 26 etc. — 2) ut in Chald. et vicin. hebr. עָשַׁר *abundavit, dives fuit;* * conf. etiam יָתַר.*

Niph. נֶעְתַּר; part. pl. f. נֶעְתָּרוֹת; infin. absol. נֵעְתוֹר, constr. הֵעָתֵר; fut. יֵעָתֵר; 1) *exoratus est, precibus annuit* seq. לְ Gen. 25, 21. Jes. 19, 22. — 2) *largus, multus fuit* Prov. 27, 6.

Hiph. הֶעְתִּיר; fut. יַעְתִּיר; 1) *deprecatus est* Ex. 8, 25 etc.; seq. לְ, בְּעַד *pro* aliquo 8, 5, 24. — 2) *multiplicavit* Eze. 35, 13. — Deriv. seq.

עֶתֶר m. undè constr. עֶתֶר; pl. cum uff. עִתְרֵי; 1) *suffitus, vapor odoratus* Eze. 8, 11. — 2) *cultor* Dei Sophon. 3, 10.

עָתֵר n. pr. oppidi in tribu Simeon Jos. 15, 42. 19, 7.

עָתֶרֶת f. *abundantia* Jer. 33, 6.

פ

פ septima decima alphabeti littera, hebraïcè פֵּא *Fé* sonans; in numeralibus valet *octoginta*. Permutatur maximè cum aliis labialibus ב et מ.

פֹּא ut פֹּה q. v.

פָּאָה forsan ut vicin. פּוּחַ *flavit*; hinc Hiph. fut. cum suff. אַפְאִיהֶם (pro אַפְאֵם) *difflabo eos* i. e. ut vento dispergam eos. Deut. 32, 26. LXX διασπερῶ αὐτούς; al. *in angulo relegabo*, quasi esset denom. à פֵּאָה.

פֵּאָה f. constr. פְּאַת; plur. פֵּאוֹת; dual. פְּאָתַיִם undè constr. פַּאֲתֵי; 1) *plaga cœli* Ex. 26, 18 etc. — Hinc 2) *latus, regio* Num. 24, 17. Jer. 48, 11. —3) *angulus* Lev. 19, 9. Amos 3, 12, indè *extrema pars rei*; פְּאַת חָזָקָן *extremitas barbæ* sunt, juxta Rabbinos, *crines in malis et ante aures* (*favoris*) quos tondere vetitum erat Lev. 19, 27. 21, 5. Hinc gentes arab. quæ illos tondebant, contemptim vocantur קְצוּצֵי פֵּאָה Jer. 9, 25 etc.

פָּאַר undè Pih. פֵּאֵר, suff. פֵּאֲרָךְ ex Chald. pro פֵּאַרְךָ; infin. פְּאֵר; fut. יְפָאֵר; 1) *ornavit, decoravit, honoravit* Jes. 55. 5. Esr. 7, 27 etc. Spec. auxilio, beneficiis Ps. 149, 4. — 2) denom. à פְּאֹרָה *ramos scrutatus est* ad racemandum Deut. 24, 20. — Hithp. infin. et imper. הִתְפָּאֵר; fut. יִתְפָּאֵר et יִתְפָּאַר; 1) *ornatus, honoratus est* Jer. 60, 21. 61, 3. — 2) *illustravit se* seq. בְּ Jes. 44, 23. 49, 3. —3) *gloriatus est* seq. עַל *in* aliq. Jud. 7, 2. Jes. 10, 15, sed Ex. 8, 5 (9): הִתְפָּאֵר עָלַי לְמָתַי וגו׳ alii aliter. LXX et Vulg. *constitue mihi, quandò* etc., vulgò *gloriare super me, sume tibi hoc honoris* ut dicas *quandò* etc.; Gesenius *declara mihi* ità ut פָּאַר sit i. q. vicin. בָּאַר *fodit, foravit* maximè in terrâ, et transl. *explicuit, declaravit*; sed omnia hæc haud satis certa; vid. quæ adnotavi in *Le Pentat. avec une traduct. franç. etc.* Exode, p. 57, 58. — Deriv. תִּפְאֶרֶת et seq.

פְּאֵר m. pl. פְּאֵרִים; constr. פַּאֲרֵי; suff. פַּאֲרֵיכֶם pro פְּאֵרֵיכֶם; 1) *ornamentum* spec. capitis, hinc *tiara* Ex. 39, 28. Jes. 3, 20 etc.

פְּאֹרָה et פֹּארָה (ex syrismo pro פְּאָרָה) f. undè pl. פֹּארֹת; suff. פֹּארָתָיו sed פְּרֹאתָיו Ex. 31, 8; *ramus frondosus* Jes. 10, 33 etc.

פָּאֳרוּר (pro פַּאֲרוּר) m. *pulchritudo, nitor* vultûs Joël 2, 6. Nah. 2, 11 etc.

פָּארָן n. pr. regionis montanæ et incultæ inter Arabiam Petræam, Palæstinam et Idumæam Gen. 21, 21 etc., plenè הַר פָּארָן vel הָרֵי פָּארָן Deut. 33, 2. Hab. 3, 3.

פַּג m. *ficus immatura, grossulus*; pl. cum suff. פַּגֶּיהָ Cant. 2, 13.—Rad. פגג conf. vicin. פּוּג.

פִּגּוּל m. pl. פִּגֻּלִים; *res fœda, impura* Lev. 7, 18. Jes. 65, 4 etc.—Rad. פָּגַל in Talmud *fœtidus fuit*; ità arab. de cibo, vicin. פָּחַל.

פָּגַע; inf. constr. פְּגַע, suff. פְּגָעוֹ; imper. פְּגַע; fut. יִפְגַּע; 1) pr. forsan

trusit, pepigit; seq. בְּ *impegit in* aliquid, a) hostili impetu *irruit* in aliquem Ruth 2, 22 etc. maximè occidendi causâ, hinc *occidit*,, *trucidavit* Jud. 8, 21 : 2 Sam. 1, 15. Semel seq. acc. pers. et בְּ rei Ex. 5, 3. — b) in bonam partem *adiit* aliquem precibus, *institit* ei seq. בְּ pers. Jer. 7, 16 etc., seq. לְ pers. *intercessit pro* aliquo Gen. 23, 8. — c) *incidit in* aliquem, *obviàm venit* ei, seq. בְּ Gen. 28, 11 etc., seq. acc. Ex. 23, 4 etc. — d) sensu geogr. *concurrit, contigit, pertinuit ad* aliquid seq. בְּ Jos. 16, 7 etc., אֶל 19, 11.—2) cum Gesenio et forsan rectè *pepigit* fœdus, *pactus est* cum aliquo seq. אֵת Jes. 64, 4, et omisso אֵת 47, 3.

Hiph. הִפְגִּיעַ; fut. יַפְגִּיעַ; 1) *irruere fecit aliquid in aliquem* Jes. 53, 6. — 2) *supplicare fecit* Jer. 15, 11. —3) intrans. *invasit*, hinc part. מַפְגִּיעַ *hostis invadens* Job 36, 32, it. *precibus adiit* seq. בְּ aliquem Jer. 36, 25, et לְ pers. pro quâ interceditur Jes. 53, 12, absol. 59, 16. — Deriv. מִפְגָּע et

פֶּגַע m. *casus* 1 Reg. 5, 18. Eccl. 9, 11.

פַּגְעִיאֵל n. pr. viri Num. 1, 13 etc.

פָּגַר ut vicin. syr. בגר *lassus, viribus destitutus fuit.*— Pih. פִּגֵּר id. 1 Sam. 30, 10, 21. — Indè

פֶּגֶר m. pl. פְּגָרִים; constr. פִּגְרֵי; *cadaver* hominum et bestiarum Gen. 15, 11 etc. Metaph. *rudera* idolorum Lev. 26, 29.

פָּגַשׁ; infin. absol. פָּגוֹשׁ; constr. פְּגֹשׁ; fut. יִפְגַּשׁ; suff. יִפְגָּשְׁךָ; ut vicin. פָּגַע; 1) *irruit in* aliquem, *invasit* eum seq. acc. Ex. 4, 24. Hos. 13, 8.— 2) *obviam venit* alicui, seq. acc. et בְּ Gen. 32, 18. Prov. 17, 12 etc.—Niph. נִפְגַּשׁ *alter alteri obviam fuit* Ps. 85, 11 etc. — Pih. fut. יְפַגֵּשׁ *offendet* in aliq. Job 5, 14.

פָּדָה; part. act. פּוֹדֶה, suff. פֹּדֶךָ; pass. פָּדוּי unde pl. פְּדוּיִם, constr. פְּדוּיֵי; infin. absol. פָּדֹה, constr. פְּדוּת; imp. פְּדֵה; fut. יִפְדֶּה; 1) ut cognat. בָּדַד *separavit* —2) ut vicin. פָּדַע *redemit* soluto pretio Ex. 13, 13, seq. בְּ pretii 34, 20; hinc *redimendum curavit, redimi fecit* sacerdos Num. 18, 15, 16, 17. — 3) *liberavit* ex servitute, è periculo Deut. 7, 8. Ps. 34, 23, seq. בְּ Job 5, 20. —Niph. נִפְדָּה; fut. יִפָּדֶה; *redemptus est* Lev. 19, 20, *liberatus est* Jes. 1, 27. —Hiph. הֶפְדָּה *redimi fecit* Ex. 21, 8.—Hoph. infin. absol. הָפְדֵּה *redimendo* sensu pass. Lev. 19, 20. Deriv. seq.

פְּדָהְאֵל n. pr. viri Num. 34, 28.

פְּדָהצוּר n. pr. viri Num. 1, 10.

פְּדוּי m. undè pl. constr. פְּדוּיֵי; suff. פְּדוּיָו; 1) *pretium redemptionis* Num. 3, 46 seq. 18, 16, sed alibi —2) part. pass. pl. *servati* Jes. 35, 10. 51, 11.

פְּדוֹן n. pr. viri Esr. 2, 44.

פְּדוּת f. et פְּדֻת; 1) *divisio, discrimen* Ex. 8, 19, ità LXX et Vulgat. — 2) *redemptio, liberatio* Jes. 50, 2 etc.

פְּדָיָה n. pr. viror. Neh. 3, 25 etc.

פְּדָיְהוּ n. pr. viri 1 Par. 20, 29.

פְּדוֹם, פְּדוֹן et פְּדִין m. *pretium redemptionis* Ex. 21, 30 etc.

פַּדָּן m. constr. פַּדַּן; cum ה locali ferreorum Gen. 34, 26 ; 1 Sam. 13, 21 etc.— 4) *extremitas, ora* Ps. 133, 2. Prov. 8, 20. מִפֶּה אֶל־פֶּה et פֶּה לְפֶה *ab unâ orâ ad alteram* 2 Reg. 10, 21. Esr. 9, 11. — 5) *pars, portio* pr. tantùm cibi quantùm quis ore capere potest. Deut. 2, 17 : פִּי שְׁנַיִם *duæ partes, duplex portio ;* sed *duæ tertiæ partes* Zach. 13, 8. — Cum præpos. ferè in part. abit, sed plerumque superfl. videtur. a) כְּפִי *secundum mandatum* 1 Par. 12, 23, *pro ratione, secundum* Lev. 25, 52, *sicut, instar* Job 33, 6; כְּפִי אֲשֶׁר *prout* Mal. 2, 9 et omisso אֲשֶׁר *ità ut* Zach. 2, 4.— b) עַל פִּי *secundum mandatum* alicujus Gen. 45, 21 etc., *pro ratione, secundum* Amos 6, 5. Prov. 22, 6.— In formulâ לְפִי videtur פִּי vel omninò superfl. esse, vel *pro* signif. - Quoad etymon, haud malè Gesenius פֶּה pro פֵּיָה dictum refert ad rad. פִּיָּה vicin. פָּאָה, פָּהָה, פּוֹחַ, פּוּחַ *flavit, spiravit.*

פֶּה et פּוֹ, sed Job 38, 11 פָּא ; 1) *hîc* Gen. 19, 12 etc. Rariùs — 2) *hùc* 1 Sam. 16, 11. Esr. 4, 2. מִפֹּה et מִפּוֹ *hinc* Ezc. 40, 21 etc. מִפֹּה—מִפֶּה *hinc — indè* Eze. 40, 10 etc. אֵיפֹה vid. suo loco p. 32,

פּוּאָה et פּוּהַ n. pr. viror. Gen. 46, 13. Jud. 10, 1 etc.

פּוּג, undè fut. יָפוּג, conv. וַיָּפָג ; ut in syr. et arab. *frigere* Gen. 45, 26 ; hinc *languescere* Ps. 77, 3, trop. de lege, *negligi* Hab. 1, 4.— Niph. נָפוּגוֹתַי *torpui, elangui* Ps. 48, 9. — Deriv. חֻפּוּגָה et

פּוּגָה f. *cessatio, remissio ;* constr. פּוּגַת Thren. 2, 18.

פָּדָה m. constr. פְּדַת ; cum ה locali ; suff. פָּדְתִּי, פָּדְתְּךָ, פָּדְתּוֹ, פָּדְתָּהּ, פָּדְתֵּנוּ, פָּדְתְּכֶם, פָּדְתָּם, poët. פָּדְתִּימוֹ ; pl. פְּדָתִים ; *pretium redemptionis* Num. 3, 46. 48. 18, 16. Lev. 25, 51. 52. Ps. 49, 9. Job 36, 18.

פָּדָה ut vicin. פָּרָה ; undè imp. cum suff. פְּדָעֵהוּ *redime eum* Job 33, 24.

פֶּדֶר (per metathes. pro פֶּרֶד ut חֶבֶשׁ et חֶשֶׁב etc.) m. suff. פִּדְרוֹ ; *Lev. 1, 8, 12. 8, 20 ; vulgò *adeps* isque *à carne sejunctus*, sed rectiùs forsan *truncus corporis ;* namque 1° in sacrificio *holocausto* omnes animalis partes igne consumendæ erant; porrò, juxta Moysen, partes illæ nihil aliud sunt quàm caput et פֶּדֶר ; undè manifestum est, hoc vocabulo *truncum* signari ; 2° פֶּדֶר nonnisi in holocausto usurpatur, in aliis autem sacrificiis ne semel quidem occurit ; dùm è contrà vox חֵלֶב quæ reverâ *pinguedinem, adipem* notat, semper in istis et nunquàm in holocausto, reperitur. — Rad. פדר per metathes. pro פרד. Multùm insudavit Gesenius in radicem istam exponendo, sed frustrà laboravit.

פֶּה m. constr. פִּי ; suff. פִּי, פִּיךָ, פִּיהוּ et פִּיו, פִּיהָם, פִּיהֶם, poët. פִּימוֹ ; pl. פִּים et f. פִּיוֹת ; *os, oris* hominis et animalium Gen. 8, 11. Ex. 4, 11 ; maximè tanquàm loquendi instrumentum 1 Reg. 8, 15. Ps. 55, 22. פֶּה אֶל־פֶּה *ore ad os* i. e. absque mediatore Num. 12, 8; פֶּה־אֶחָד *uno ore, unâ voce* Jos. 9, 2; בְּמוֹ־פִי *meo ore* toto i. e. altissimâ, quâ possum, voce Job 19, 16. Meton. *orator, legatus* Ex. 4, 16; *mandatum* Eccl. 8, 2. — 2) *orificium* Gen. 20, 2. 42. 27 etc.—3) *acies, mucro* gladii et alior. instrum.

פוּחַ undè fut. יָפוּחַ; ut vicin. נָפַח *flare, spirare* Cant. 2, 17. 4, 6. — Hiph. imper. f. הָפִיחִי; fut. יָפִיחַ; 1) seq. acc. *perflavit* Cant. 4, 16. — 2) seq. בְּ *sufflavit* Eze. 21, 36, seq. acc. Prov. 29, 8. — 3) trop. *efflavit*, ut mendacia Prov. 6, 19 etc., it. in bonam partem, 12, 18. — 4) *anhelavit, festinavit* Hab. 2, 3. — 5) *vehementer invectus est in* aliq. seq. בְּ et לְ, Ps. 10, 5. 12, 6. — Deriv. פִּיחַ.

פוּט n. pr. populi africani Gen. 10, 6 etc.

פּוֹטִיאֵל n. pr. viri Ex. 6, 25.

פּוֹטִי פֶרַע n. pr. viri Gen. 41, 45.

פּוֹטִיפַר n. pr. viri Gen. 39, 1.

פּוּךְ m. *stibium, fecus* 2 Reg. 9, 30, vid. Jer. 4, 30. Jes. 54, 11 : *in stibio ponam lapides tuos* i. e. stibio pro calce, sive mortario, utar in muris tuis condendis. — 2) *lapidis pretiosi* genus vel stibii colorem referentis, qualis est *Chalcedonius*, vel parietibus vestiendis et quasi *fucandis* adhibiti 1 Par. 29, 2. — Etymon prorsùs latet.

פּוֹל m. *faba* 2 Sam. 17, 28. Eze. 4, 9. — Etymon omninò ignotum.

פּוּל n. pr. 1) viri 2 Reg. 15, 19. — 2) populi et regionis africanæ, Vulgat. *Africa* Jes. 66, 19.

פּוּן *conturbari;* ità LXX et Vulgat.; conferunt etiam vicin. arab. אפן *consilii inops fuit;* fut. cum ה parag. אָפוּנָה Ps. 88, 16.

פּוּנָה n. pr. porta Jerusalem 2 Par. 25, 23, quæ etiam שַׁעַר הַפִּנָּה 2 Reg. 14, 13.

פּוּנִי n. patron. Num. 26, 13.

פּוּנֹן n. pr. oppidi in Idumææ Num. 33, 42.

פּוּעָה n. pr. mul. Ex. 1, 15.

פּוּץ; imp. pl. פֻּצוּ; fut. יָפוּץ, pl. יָפוּצוּ et יְפֻצוּ, f. תָּפוּצֶנָה et תְּפוּצֶיןָ; ut vicin. נָפַץ 1) *contundere, diffringere*, hinc - 2) *dispergere;* part. pass. פּוּצַי *dispersi mei* Zach. 3, 10; alibi *dispersit se* Gen. 11, 4. Eze. 34, 5 etc., it. *effudit se* de fontibus, *exundavit, redundavit* Prov. 5, 16, trop. *abundavit* bonis Zach. 1, 17.

Niph. נָפוּץ, pl. נָפֻצוֹתָם; part. נָפוּץ undè pl. נְפוּצִים, f. נְפֻצָּה 2 Sam. 18, 8, ubi Chethib habet נְפֻצוֹת; *dispersus, dilapsus est* Gen. 10, 18 etc. — Pihl. פִּצֵּץ *diffregit;* fut. יְפַצֵּץ Jer. 23, 9. — Pilp. fut. יְפַצְפֵּץ id. Job. 16, 12. — Hiph. הֵפִיץ; part. מֵפִיץ, pl. מְפִיצִים; inf. הָפִיץ; imp. הָפֵץ; fut. יָפֵץ, apoc. יָפֵץ, conv. retroacto accentu וַיָּפֵץ; 1) *sparsit* semen Jes. 28, 25, *dispersit* Deut. 4, 27 etc., it. *exagitavit* aliquem Eze. 34, 21 etc. — 2) *effudit*, metaph. Job 40, 11. — 3) intrans. *dispersit se* Ex. 5, 12 etc. — Hithpahl. fut. pl. יִתְפַּצְּצוּ *diffringentur, dissilient* montes Hab. 3, 6 (5). — Jer. 25, 34 : תְּפוּצוֹתֵיכֶם *dispersi vos* est forma *Tiphel;* ità lectio vulgaris, quæ quidem contextui accommodatior est; sed alii cod. et editi libri תְּפוּצוֹתֵיכֶם *dispersiones vestræ* exhibent. — Rad. מֵפִיץ.

פּוּק; præt. פָּק; 1) *vacillare, titubare* Jes. 28, 7. — 2) ut Chald. נְפַק *exire.*

Hiph. הֵפִיק undè part. pl. מְפִיקִים; fut. יָפִיק, apoc. יָפֵק, conv. retroacto accentu וַיָּפֵק; 1) *vacillavit* Jer. 10, 4; ità vulgò, sed possit causativè ac-

cipi *fecit ut vacillaret.* — 2) *exire, fecit, exprompsit, suppeditavit* Jes. 58, 10. Ps. 144, 13. — 3) *fecit ut prodiret ab* aliquo, *impetravit ab* eo Prov. 3, 13. 12, 2 etc. — 4) *exire, exitum habere, benè cedere sivit* Ps. 140, 9. — Deriv. פִּיךְ et

פּוּקָה f. *offendiculum* 1 Sam. 25, 31.

פּוּר 1) ut vicin. פָּרַר (quocum suos declinatus sæpè confundit) *frangere, disrumpere;* inf. abs. פּוֹר Jes. 24, 19. — 2) ut in arab. *æstuare, effervere bulliendo.* — Hiph. הֵפִיר et alia quæ hùc pertinent, vid. in פָּרַר,

פּוּר m. vocab. persic. quod Esth. 3, 7 explicatur גּוֹרָל *sors.* Pl. פּוּרִים et פֻּרִים *sortes, dies, festum sortium* Esth. 9, 24 etc.

פּוּרָה f. *torcular* Jes. 63, 3 etc.

פּוּרָתָא n. pr. viri Esth. 9, 8.

פּוּשׁ et פֻּשׁ; præt. פָּשׁ (ut מֻת) undè pl. פָּשְׁתֶּם; fut. יִפּוֹשׁ; 1) forsan ut in arab. *superbè incedere, superbire* Hab. 1, 8, hinc de pecude *lascivire* Jer. 50, 11. Mal. 3, 20 (4, 2); al. tamen ex usu chald. *crescere, multiplicari.* — 2) ut vicin. פּוּץ *diffundere, dispergere se.*

Niph. præt. pl. נָפְשׁוּ *dispersi, diffusi sunt* Nah. 3, 18. — Indè derivant פַּשׁ q. v.

פּוּתִי n. patron. 1 Chron. 2, 53.

פָּז m. *purgatus, purus* de auro Cant. 5, 9, hinc subst. *aurum purgatum, purum* Jes. 13, 12. Ab auro vulgari discernitur Ps. 19, 11. 119, 127. Prov. 8, 19. — Rad. פָּזַז.

פָּזַז 1) ut vicin. arab. فصّ (fadhdha), *discrevit, separavit,* hinc spec. metalla à scoriis, seu *purgavit.* — 2) *ubsiliit.* Gen. 49, 24: וַיָּפֹזּוּ זְרֹעֵי יָדָיו *et subsilierunt* i. e. *intensi sunt musculi brachiorum ejus.*

Pih. part. מְפַזֵּז *subsiliens* 2 Sam. 6, 16; quod 1 Par. 15, 29 per מְרַקֵּד explicatur. — Hoph. part. מוּפָז 1 Reg. 10, 18 *purum* i. q. טָהוֹר ut explicatur 2 Par. 9, 17. — Indè פָּז.

פָּזַר ut vicin. בָּזַר *dispersit;* part. pass. f. פְּזוּרָה Jer. 50, 17. — Niph. נִפְזַר *dispersus est* Ps. 141, 7. — Pih. פִּזַּר; part. מְפַזֵּר; fut. יְפַזֵּר; 1) *dispersit, dissipavit* Ps. 53, 6. 89, 11. Jer. 3, 13: *dispersisti vias tuas* i. e. hùc illùc vagata es. — 2) *largiter distribuit* seq. acc. rei Ps. 112, 9, absol. *ib eralis fuit* Prov. 11, 24. — Puh. part. מְפֻזָּר *dispersus* Esth. 3, 8.

פַּח m. pl. פַּחִים; constr. פַּחֵי; 1) *rete, laqueus,* maximè aucupis Amos 3, 7. Eccl. 9, 12 etc. Trop. *id quo quis in exitium adducitur* Jos. 23, 13. Ps. 69, 23 etc., hinc *exitium, pernicies* Jes. 24, 17. Jer. 48, 43. — 2) pl. פַּחִים *laminæ,* metallum diductum Ex. 39, 3. Num. 17, 3, poët. *fulmina* Ps. 11, 6.

פָּחַד; fut. יִפְחַד; 1) *trepidavit* a) præ timore, *pavit, expavit* Deut. 28, 66. Jes. 12, 2 etc. Prægnanter *pavens ad alterum,* pro *pavens se* convertit ad alterum Jer. 36, 16. — b) præ gaudio Jes. 60, 5. Jer. 33, 9. — 2) *festinavit* Hos. 3, 5.

Pih. part. מְפַחֵד; fut. יְפַחֵד: *perpetuò timuit, timidus fuit* Jes. 51, 13; *cavit sibi, cautus est* Prov. 28, 14. — Hiph. הִפְחִיד *terruit* cum acc. Job 4, 14. — Deriv. seq.

פַּחַד m. suff. פַּחְדְּכֶם ; פַּחְדִּים ; suff. פַּחְדָּם ; 1) *pavor*, *terror*, Ex. 15, 16 etc. Meton. *objectum timoris* et *reverentiæ* Gen. 31, 42, 53. — 2) *femur* Job 40, 17 (12), al. *verenda*, *pudenda* al. *testiculi*.

פַּחְדָּה f. *terror*; suff. פַּחְדָּתִי Jer. 22, 19.

פַּחָה m. (pro פַּחֲה); constr. פַּחַת ; suff. פָּחֶם ; pl. פַּחוֹת, constr. פַּחֲוֹת ; suff. פַּחֹתֶיהָ ; *præfectus provinciarum* 1 Reg. 10, 15. Jer. 51, 23 etc. — Exoticum esse videtur.

פָּחַז ut חָפַז *festinavit*, hinc *petulans fuit*, undè part. act. pl. פּוֹחֲזִים *petulantes*, *vesani* Jud. 9, 4. Soph. 3, 4. — Deriv. seq.

פַּחַז m. *petulantia* pro verbo פָּחַזְתָּ *petulans fuisti* Gen. 49, 4.

פַּחֲזוּת f. id. Jer. 23, 32.

פָּרַח ut vicin. נָפַח *expandit*, hinc *diduxit*; conf. syr. in Ethpah. *attenuatus est*. — Hiph. הֶפִיחַ denom. à פַּח, *irretivit*, *illaqueavit*, inf. הָפֵחַ Jes. 42, 22.

פֶּחָם (pro פַּחַם); *carbo* Prov. 26, 21, it. *pruna* ardens Jes. 44, 12 etc. — Rad. פחם in chald. et arab. *ater fuit*.

פַּחַת m. pl. f. פְּחָתִים ; *fovea* 2 Sam. 17, 9 etc. ; sæpè adhibetur ut imago *exitii*, *perniciei* Jes. 24, 17. Thren. 3, 47 etc. — Rad. פחת in syr. Pahel *fodit*, *effodit*.

פַּחַת־מוֹאָב n. pr. viri Esr. 2, 6 etc.

פְּחָתֶת f. (à masc. פַּחַת) *locus corrosus* seu *depressior* in vestibus leprâ infectis Lev. 13, 55.

פִּטְדָה f. constr. פִּטְדַת ; vulgò *topasius* al. *smaragdus* Ex. 28, 17. Job 28, 19 etc. — Etymon latet.

פָּטִיר vid. פָּטוּר in rad. פָּטַר.

פַּטִּישׁ m. *malleus* Jes. 41, 7 etc. ; trop. de Babylone vastatrici Jer. 50, 23. — Rad. פָּטַשׁ ut arab. פטש *dilatavit* spec. ferrum ; et ut chald. et syr. transp. litteris, פשט *extendit*, *expandit*.

פָּטַר undè part. act. פּוֹטֵר, pass. pl. פְּטוּרִים 1 Par. 9, 33 in Keri ubi Chethib habet פְּטִירִים ; fut. יִפְטַר ; 1) ut vicin. בָּתַר *dissecuit*, *fidit*. פְּטוּרֵי צִצִּים *fissi florum* i.e. flores fissi, qui jam proruperunt 1 Reg. 6, 18 etc. — 2) *erumdere*, *prorumpere fecit* ut aquam Prov. 17, 14, hinc — 3) trop. *dimisit liberum* i. e. immunem ab officio 1 Par. 9, 33; 2 Par. 23, 8. Intrans. *abiit*, *evasit* 1 Sam. 19, 10. — Hiph. fut. יַפְטִיר *findunt*, *diducunt* labia, quod irridentis est Ps. 22, 8. — Deriv. פָּטִיר et seq.

פֶּטֶר m. pr. *fissio*, hinc concret. *id quod findit uterum*, *quod primùm prorumpit ex utero* i.e. primogenitus Ex. 13, 12 etc., plenè פֶּטֶר רֶחֶם Ex. 13, 13 etc.

פִּטְרָה fem. id. constr. פִּטְרַת Num. 8, 16.

פִּי vid. פֶּה.

פִּי־בֶסֶת n. pr. urbis in Ægypto inferiori Eze. 30, 17.

פִּיד m. suff. פִּידוֹ ; *calamitas* Job 30, 24. 31, 29. Prov. 24, 22. — Rad. פוד forsan ut vicin. arab. פוד *mortuus est*, in 4ª conjug. *perdidit*. Cæterum cognat. est verb. hebr. מוּת.

פִּיָּה fem. *os*, *acies gladii*; pl. פִּיוֹת Jud. 3, 16. — Etymon vid. in פֶּה.

פִּי־הַחִירוֹת n. pr. oppidi ad littus maris arabici Ex. 14, 2 etc.

פִּיחַ m. *favilla* Ex. 9, 8, 10.—Rad. פוּחַ.

פִּיכֹל n. pr. viri Gen. 21, 22 etc.

פִּילֶגֶשׁ ut פִּלֶגֶשׁ q. v.

פִּימָה f. *adeps* Job 15, 27. —Rad. פִּים ut arab. פַּאֵם *pinguis fuit.*

פִּינְחָס n. pr. viror. Ex. 6, 25 etc.

פִּינֹן n. pr. viri Gen. 36, 41.

פִּיפִיּוֹת plur. f. *geminæ acies* Jes. 41, 15. Ps. 149, 6; *gladius duarum acierum* i. e. *anceps* δίστομος. — Denom. à פֶּה.

פִּיק m. *titubatio, vacillatio* Nah. 2, 11. — Rad. פּוּק.

פִּישׁוֹן n. pr. fluvii qui ex horto Eden egrediebatur Gen. 2, 11.

פִּיתוֹן n. pr. viri 1 Par. 8, 35 etc.

פַּךְ m. *lenticula,* vasculum *stillatorium* 1 Sam. 10, 1 etc. — Rad. seq.

פָּכָה ut vicin. בָּכָה. — Pih. part. pl. מְפַכִּים *stillantes* Eze. 47, 2.

פֹּכֶרֶת הַצְּבָיִים n. pr. viri Esr. 2, 57.

פָּלָא ut vicin. כָּלָה. —Niph. נִפְלָא part. pl. נִפְלָאִים; fem. נִפְלָאת (pro נִפְלָאָת), pl. נִפְלָאוֹת, constr. נִפְלְאוֹת; fut. וְפָלָא; pr. *separatus, distinctus fuit;* hinc 1) *singularis, insignis, ingens fuit* 2 Sam. 1, 26. Dan. 11, 36. — 2) *arduus* factu, intellectu *difficilis fuit* 2 Sam 13, 2. Job 42, 3 etc.; hinc — 3) *mirabilis fuit* Ps. 118, 23. 139, 14. Part. f. נִפְלָאוֹת subst. *mirabiliter facta, miracula* Dei Ex. 34, 10. Ps. 9, 2, et adv. *mirabilibus modis* Dan. 8, 24. Job 37, 5.

Pih. פִּלֵּא; undè inf. פַּלֵּא; fut. יְפַלֵּא; *separavit, consecravit* ubiquè adjecto נֶדֶר *votum*, hinc *persolvit votum* Lev. 22, 21 etc.—Hiph. הִפְלִיא et הִפְלָא; part. מַפְלִיא; inf. הַפְלֵא et הַפְלִיא; 1) *consecravit* votum Lev. 27, 2 etc. — 2) *singulare, eximium fecit* Deut. 28, 59. Ps. 31, 22. Inf. הַפְלֵא adv. *eximio modo* 2 Par. 2, 8. — 3) *mirabile fecit* Jes. 28, 29, seq. אֶת *mirabiliter egit cum* aliquo in malam partem Jes. 29, 14. הִפְלִיא לַעֲשׂוֹת *mirabiliter fecit* Jud. 13, 19. Inf. לְהַפְלִיא adv. *mirabiliter* Joël 2, 26. — Hithp. fut. יִתְפַּלָּא *mirabilem se exhibuit* Job 10, 16.—Deriv. פֶּלִיא, מִפְלָאָה et seq.

פֶּלֶא m. suff. פִּלְאֲךָ, in pausâ פִּלְאֶךָ; 1) *mirabile, miraculum* Dei Ex. 15, 11. Ps. 77, 12 etc. Plur. m. פְּלָאִים adv. *mirabiliter* Thren. 1, 9; f. פְּלָאוֹת *mirabilia* Dan. 12, 6. — 2) *admirabilis* de Messiâ Jes. 9, 5.

פְּלָאִי m. *admirabilis* Jud. 13, 18 ubi Keri habet פֶּלִי; f. פְּלָאִיָּה id. Ps. 139, 6 ubi Keri refert פְּלִיאָה forma à masc. פְּלָאִי.

פְּלָאְיָה n. pr. viri Neh. 8, 7.

פָּלַג ut in chald. syr. et arab. *fidit, divisit.* — Niph. נִפְלַג *divisus est* Gen. 10, 25 etc. — Pih. פִּלֵּג; imp. פַּלֵּג; *divisit* Job 38, 25, trop. Ps. 55, 10. — Deriv. מִפְלֶגֶת et seq.

פֶּלֶג m. pl. פְּלָגִים; constr. פַּלְגֵי; suff. פַּלְגָיו; 1) *rivus* Jes. 30, 25. Ps. 5, 16 etc. — 2) n. pr. viri Gen. 10, 25 etc.

פְּלַגָּה f. *rivus;* pl. פְּלַגּוֹת Jud. 5, 15, 16. Job 20, 17.

פְּלֻגָּה f. *classis* sacerdotum; plur. פְּלֻגּוֹת 2 Chron. 35, 5.

פִּלֶגֶשׁ et פִּילֶגֶשׁ f. suff. פִּילַגְשׁוֹ et פִּילַגְשְׁהוּ; pl. פִּלַגְשִׁים et פִּילַגְשִׁים; constr. פִּלַגְשֵׁי; 1) *concubina uxor* Gen. 22, 24 etc. — 2) *amasius, mœchus* Eze. 23, 20, conf. vers. 5 ubi legitur מְאַהֵב. — Etymon latet.

פַּלְדָּה f. undè pl. פַּלְדוֹת vulgò *lampades, tædæ* Nah. 2, 4; sed al. *ferramenta*, falces curruum bellicorum, collat. syr. פּוֹלְדָא et arab. פּוּלַאד fouladz) *ferri genus præstantissimum.* — Rad. פלד forsan ut in arab. (faladz) *secuit*.

פִּלְדָּשׁ n. pr. viri Gen. 22, 22.

פָּלָה ut vicin. פָּלָא. — Niph. נִפְלָה; *separatus, segregatus fuit* Ex. 33, 16, hinc *insignis, admirabilis factus est* Ps. 139, 14. — Hiph. הִפְלָה; imp. הַפְלֵה; fut. יַפְלֶה; *distinxit* Ex. 8, 18 (22) etc., hinc *mirificavit* Ps. 4, 4. 17, 7. — Deriv. פְּלֹנִי.

פַּלּוּא n. pr. viri Gen. 46, 9 etc. Patron. פַּלֻּאִי.

פָּלַח *fidit*, spec. *sulcavit* terram; part. act. פֹּלֵחַ Ps. 141, 7. — Pih. fut. יְפַלַּח; 1) *fidit* Job 16, 13. Prov. 7, 23, *dissecuit* 2 Reg. 4, 39. — 2) *fecit ut finderent, prorumperent* pulli uterum, i. e. *peperit* Job 39, 3. — Indè

פֶּלַח f. 1) *fragmen, segmentum* 1 Sam. 30, 12. Cant. 4, 3. — 2) *lapis molaris* utrinquè *resectus*; superior vocatur פֶּלַח רֵכֶב Jud. 9, 3 etc. inferior פֶּלַח תַּחְתִּית Job. 41, 16.

פִּלְחָא n. pr. viri Neh. 10, 25.

פָּלַט ut vicin. מָלַט *elapsus est* Eze. 7, 16.

Pih. פִּלֵּט part. מְפַלֵּט; imp. cum ה parag. פַּלְּטָה; fut. יְפַלֵּט; 1) *prorsùs evasit* Job 23, 7. — 2) *elabi fecit, liberavit* Ps. 17, 13.

Hiph. הִפְלִיט undè fut. יַפְלִיט *liberavit* è periculo Mich. 6, 14, *evadere fecit* in locum tutum Jes. 5, 29. — Deriv. מִפְלָט et seq.

פָּלֵט m. *fugâ elapsus*; pl. פְּלֵטִים et פְּלֵיטִים Jes. 66, 19. Jer. 44, 14. 50, 28 etc.

פַּלֵּט m. *liberatio* Ps. 32, 7.

פֶּלֶט n. pr. viror. 1 Par. 2, 47.

פְּלֵטָה vid. פְּלֵיטָה.

פַּלְטִי et פַּלְטִיאֵל n. pr. viror. Num. 13, 9: 2 Sam. 3, 15 etc.

פִּלְטַי n. pr. viri Neh. 12, 17.

פְּלַטְיָה n. pr. viror. 1 Par. 3, 21.

פְּלַטְיָהוּ n. pr. viri Eze. 11, 1.

פְּלִי, פָּלִיא vid. פִּלְאִי.

פְּלָיָה n. pr. viri 1 Chron. 3, 24.

פָּלִיט m. pl. פְּלִיטִים: *fugâ elapsus* Jos. 8, 22. Jer. 44, 28. *Cum artic. הַפָּלִיט *fugâ elapsorum turba* (*les fuyards*); non autem *unus fugâ elapsus*, ut vulgò volunt; vid. quæ adnotavimus in *Le Pentateuque avec une traduct. franç.* Genèse pag. 70. *

פְּלֵיטִים vid. פָּלֵט.

פְּלֵיטָה et פְּלֵטָה f. constr. פְּלֵיטַת; 1) *evasio, liberatio* Joël 3, 5, Obad. 1, 17. — 2) meton. *id quod evasit* Ex. 10, 5 etc.

פָּלִיל m. *judex*; pl. פְּלִילִים Ex. 21, 22 etc. Job 31, 11: *scelus judicum* i. e. judicibus puniendum — Rad. פָּלַל.

פְּלִילָה fem. *jus* Jes. 16, 3.—Rad. פָּלַל.

פְּלִילִי m. *judicialis* Job 31, 28; f. פְּלִילִיָּה *judicium* Jes. 28, 7. — Rad. פָּלַל.

פֶּלֶךְ m. suff. פִּלְכּוֹ; pr. *rotundum quid*, spec. 1) *circulus, tractus terræ circumjacens* Neh. 3, 9 seq. — 2) *orbiculus* fusi muliebris, hinc ipse *fusus* Prov. 31, 19. — 3) *baculus rotundus, scipio* 2 Sam. 3, 29. — Rad. פָּלַךְ.

פָּלַל in arab. 5ª conjugat. *rotundus fuit;* undè Pih. פִּלֵּל; fut. יְפַלֵּל; 1) *judicavit, litem diremit* 1 Sam. 2, 25, *judicium exercuit* puniendo Ps. 106, 30; seq. לְ *adjudicavit* alicui Eze. 16, 52. — 2) *censuit, extimavit.*

Hithp. הִתְפַּלֵּל; part. מִתְפַּלֵּל; pl. מִתְפַּלְּלִים; fut. יִתְפַּלֵּל; 1) *intercessit* seq. בְּעַד, עַל; לְ *pro* aliquo Deut. 9, 20 etc. — 2) generatim *supplicavit, precatus est* maximè Deum, seq. אֶל, לְ, לִפְנֵי, Dan. 9, 4. Ps. 5, 3. Neh. 1, 4 etc. — Deriv. פְּלִילִי, פְּלִילָה, פָּלִיל, תְּפִלָּה.

פָּלָל n. pr. viri Neh. 3, 28.

פְּלַלְיָה n. pr. viri Neh. 11, 11.

פַּלְמֹנִי vid. vocab. sequens.

פְּלֹנִי 1) *quidam*, ὁ δεῖνα (*un certain, un tel*). Ubiquè copulatur cum אַלְמֹנִי q. v. אֶל־מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמֹנִי *ad certum quendam locum* 1 Sam. 21, 3. Ex duobus his vocabulis conflatum est פַּלְמֹנִי Dan. 8, 13. — 2) nom. gent. 1 Par. 11, 27, 36.

פָּלַס undè Pih. פִּלֵּס; part. מְפַלֵּס; inf. et imp. פַּלֵּס; fut. יְפַלֵּס; 1) *complanavit, æquavit* i. e. *munivit* viam Jes. 26, 7. Prov. 4, 26 etc. — 2) *libravit appendit,* metaph. Ps. 58, 3; it. *expendit, accuratè consideravit* Prov. 5, 21. — Indè

פֶּלֶס m. *libra, statera,* Jes. 40, 12. Prov. 16, 11.

פָּלַץ undè Hithp. fut. pl. in pausâ cum נ parag. יִתְפַּלָּצוּן *contremiscent, concutientur* Job 9, 6. — Deriv. תִּפְלֻצֶת, מִפְלָצֶת et

פַּלָּצוּת f. *tremor, horror* Jes. 21, 4. Ezc. 7, 18. Ps. 55, 6 etc.

פָּלַשׁ undè Hithp. imp. f. הִתְפַּלְשִׁי, in pausâ הִתְפַּלְשִׁי Mich. 1, 10 in Keri, ubi Chethib habet הִתְפַּלַּשְׁתִּי 2 pers. præt. f. cum י parag.; *conspersit se* pulvere (עָפָר, בְּאֵפֶר) Jer. 6, 26. Mich. 1, 10 etc. Absol. Jer. 25, 34. Ità LXX chald. syr. Vulgat.; vulgò tamen *volutavit se;* sed caput pulvere aut cinere conspergebant, non autem in eo convolutabantur, qui calamitatem lugebant Jos. 7, 6; 2 Sam. 13, 19 etc. Hoc moris viguit apud Persas et etiam Græcos; conf Iliad. 18, 22. Odyss. 24, 315.

פְּלֶשֶׁת n. pr. *Philistæa,* regio versus occasum Palæstinæ 1 Sam. 17, 16 etc. nom. gent. פְּלִשְׁתִּי; pl. פְּלִשְׁתִּים et פְּלִשְׁתִּיִּים *Philistæi* Gen. 26, 1 etc.

פֶּלֶת n. pr. viror. Num. 16, 1 etc.

פְּלָתִי m. cum art. הַפְּלֵתִי collect. quoddam satellitum genus forsan *cursores publici* 2 Sam. 8, 15 etc. Ubiquè copulatur cum כְּרֵתִי q. v. — Rad. פלת vicin פָּלַט q. v.

פֵּן m. undè suff. f. פִּנָּהּ; pl. פִּנִּים; *angulus* Zach. 14, 10. Prov. 7, 8. — Rad. פָּנַן.

פֶּן ubiquè constr. seq. Makkaph פֶּן־; pr. *amotio, aversio*, hinc in partic. abit *ne*, et ponitur vel post sententiam, undè pendeat (quâ differt ab אַל). Gen. 11, 4: extruamus nobis urbem... פֶּן־נָפוּץ *ne dispergamur* etc.; vel ab initio sententiæ, adeòque est *vetantis, dehortantis* (ut אַל) Jes. 36, 18. Job 32, 13, aut *timentis, metuentis* Gen. 3, 22 etc. Sequitur autem præter., ubi timetur ne aliquid factum sit 2 Sam. 20, 6: 2 Reg. 2, 16. Sed Prov. 5, 6 valet simpl. *non*, nisi subintelligas *cavet*, et sit sensus: *cavet ne viam vitæ* sibi muniat i. e. in viâ vitæ incedat. — Rad. פָּנַן.

פַּנַג m. *dulciarii* vel *placentæ* genus Eze. 27, 17. Chald. vertit קוּלְיָא quod est gr. *κολλα bellaria ex melle* juxta Hesychium. — Rad. פנג.

פָּנָה; part. act. פֹּנֶה, pl. פֹּנִים, pl. f. פֹּנוֹת; inf. absol. פָּנֹה, constr. פְּנוֹת; imp. פְּנֵה; fut. יִפְנֶה, apoc. יִפֶן et וַיִּפֶן, conv. וַיִּפֶן; 1) trans. *vertit* in formulâ פָּנָה עֹרֶף *cervicem* i. e. *tergum vertit, fugit* Jos. 7, 12, seq. אֶל pers. *tergum alicui obvertit* i. e. *contempsit, neglexit aliquem* Jer. 2, 27 etc.; → 2) alibi semper intrans. *vertit se* a) eundi causâ Gen. 18, 22 etc.; hinc seq. אֶל, לְ et acc. *convertit se aliquò, ad aliquem, adiit aliquem* Deut. 2, 3. Jes. 53, 6 etc. פָּנָה אַחֲרֵי פ״ *secutus est partes alicujus* Eze. 29, 16; seq. מֵעַם *avertit se ab* aliquo Deut. 29, 17, absol. Deut. 30, 17: *avertit se cor* subintellige *à Deo;* metaph. de tempore, *dicessit, inclinavit* dies, ætas Jer. 6, 4. Ps. 90, 9; it. *appropinquavit*, undè לִפְנוֹת הַבֹּקֶר *appropinquante manè, sub tempus matutinum* Ex. 14, 27 etc., לִפְנוֹת עֶרֶב *sub vesperam* Gen. 24, 63 etc. — b) spectandi causâ, *spectavit* Ex. 2, 12. Eccl. 2, 12. Metaph. Deut. 9, 27. Ps. 25, 16 etc. Sensu geophr. *spectavit* aliquàm regionem Jos. 15, 2. Eze. 8, 3 etc.

Pih. פִּנָּה; imp. pl. פַּנּוּ; 1) *removit* Soph. 3, 15, hinc *everrit, purgavit* domum Gen. 24, 31, viam i. e. *paravit, munivit* eam Jes. 40, 3. Mal. 3, 1; et omissâ voce *via* Ps. 80, 10.

Hiph. הִפְנָה; part. מַפְנֶה; inf. הַפְנוֹת; fut. conv. וַיַּפֶן; 1) trans. *vertit* Jud. 5, 4, maximè cervicem, tergum, i. e. *discessit, fugit* 1 Sam. 10, 9. Jer. 48, 39. — 2) intrans. *vertit se, fugit* Jer. 46, 21. 49, 24, it. *retrò se vertit, in fugâ substitit* Jer. 46, 5. Nah. 2, 9; seq. אֶל *convertit se ad* aliquem Jer. 47, 3. — Hoph. part. מֻפְנֶה; imp. pl. הֻפְנוּ; *terga vertit* Jer. 49, 8, sensu geograph. *spectavit* aliquò Eze. 9, 2. — Deriv. פֶּן et seq.

פְּנֶה m. sed f. Eze. 21, 21; undè pl. פְּנִים; constr. פְּנֵי; suff. פָּנַי, פָּנֶיךָ, פָּנֶיהָם; 1) *pars* alicui *obversa, facies, vultus* Gen. 38, 15. Ex. 3, 6 etc. לֶחֶם הַפָּנִים *panis, panes facierum* LXX ἄρτοι ἐνώπιοι, Vulgat. *panes propositionis*, sunt paniculi qui singulis sabbatis in tabernaculo sacro Jehovæ proponebantur Ex. 25, 30 etc. שֻׁלְחַן הַפָּנִים *mensa in* quâ panes isti offerabantur Num. 4, 7. — Nota formulas sequent. a) פָּנִים אֶל־פָּנִים Gen. 32, 31, פָּנִים בְּפָנִים Deut. 5, 4 *de facie* (*face à face*). — b) *Dicere, facere*

aliquid "עַל פְּנֵי פ *in faciem alicujus* i. e. liberè, ingenuè, sed sæpè impudenter, insolenter (conf. gall. *dire à la barbe*) Jes. 65, 3. Job 1, 11 etc. אֶל־פָּנִים *fortiter, haud cunctanter* Deut. 7, 16. Hos. 5, 5. Job 2, 5. 13, 15.—c) שׂוּם פָּנִים אֶל, עַל *oculos convertere* in aliq. 1 Reg. 2, 15. Eze. 6, 2.—d) שׂוּם פָּנָיו seq. acc. *faciem suam convertit aliquò, eò tetendit, profectus est* Gen. 31, 21; hinc trop. שׂוּם פָּנָיו לְ, נָתַן seq. inf. *proposuit sibi, decrevit aliquid facere* 2 Reg. 12, 18. Dan. 9, 3 etc.; sed 2 Par. 32, 2 subauditur verbum: וּפָנָיו לַמִּלְחָמָה *et facies ejus* erat *ad bellum* i. e. *et moliebatur bellum.* — Spec. de *vultu irato* Ps. 21, 10. 34, 17. 80, 17, *tristi* 1 Sam. 1, 18. Job 9, 27; hinc — e) שׂוּם פָּנִים בְּ *vultu irato intueri* aliquem Lev. 20, 5.—f) נָתַן פָּנִים בְּ *iram suam effudit in* aliquem Lev. 20, 3, 6. 26, 17. Ezc. 14, 4. — 2) *persona* πρόσωπον Jes. 3, 15; hinc פָּנֶיךָ, פָּנַי *persona mea, tua* i. e. *ego, tu ipse præsens* (*moi, toi en personne*) Ex. 33, 14. Ps. 80, 17 etc. — 3) *facies, superficies* rei Gen. 2, 6. Job 38, 30, Passim in sublimiori oratione ità usurpatur, ut sequenti genitivo appositionis vim tribuat, adjectâ tamen quâdam emphasi. Jes. 25, 7: *superficies velaminis* est *velamen ipsum*; Job *superficies vestis ejus* (crocodili) est *vestis ipsa, tegumentum ipsum.* Hinc *externa species, habitus, conditio* rei Prov. 27, 23.—4) *modus, ratio*, vid. mox infrà in לְפָנִי. — 5) *pars anterior* rei, *frons* Ex 28, 25. Jer. 1, 13, de *primo agmine* exercitûs Joël. 2, 20.—Adv. פָּנִים *in fronte* Eze. 2, 10, לְפָנִים *prorsùm* (*tout droit, en avant*) Jer. 7, 24, de tempore: *anteà, olim* Deut. 2, 10 etc., מִלְּפָנִים *antiquitùs* Jes. 41, 26, מִפָּנִים *à fronte* 2 Sam. 10, 9. Conf. לְפָנַי mox infrà. — *Anterior pars* gladii est *acies* ejus Eze. 21, 21. Eccl. 10, 10.— Cum præf. et aliis præposit. perplures induit significatus quos in variis sententiis vel leviter attendenti facile est excogitare; præcipuos tantùm exponere sufficiat. אֶל פָּנֵי a) *in conspectu, in conspectum* alicujus *ante* aliquem, *coram* aliquo; spec. *coram Jehová* vid. statim in אֶת־פָּנֵי. — b) *in superficiem* rei Lev. 14, 53. Eze. 16, 5.—אֶת־פָּנֵי pr. *apud faciem*, hinc *in conspectu, in conspectum* alicujus, *coram* aliquo. אֶת־פָּנֵי יְהוָה passim est *apud tabernaculum sacrum*, in formulâ נִרְאָה אֶת־פָּנֵי יְהוָה *comparuit apud tabernaculùm sacrum.* In quâ sententiâ usurpatur etiam אֶל Ex. 23, 17 etc. —מֵאֵת פָּנַי *à coram* aliquo Gen. 27, 30, *ab antè, ab anteriori parte* 2 Reg. 16, 14. — בְּפָנַי *coram, antè*, plerumquè in formulâ עָמַד בְּפָנַי *perstitit coram* aliquo, *restitit* ei Deut. 7, 24 etc. — לְפָנַי a) *in conspectu, sub oculis* alicujus, *coram* aliquo, *apud* aliquem; spec. לִפְנֵי יְהוָה *apud, ante tabernaculum sacrum* Ex. 34, 34. Levit. 9, 5. 23; 40. Jud. 21, 2, *in templo ejusque porticibus* Jes. 23, 18; conf. quod proximè præcedit אֶת־פָּנַי.—b) *antè* de tempore, seq. inf. *antequàm* Gen. 13, 19. — c) *obviàm* Gen. 24, 12. — d) *contrà, adversùs* Num. 16, 2. Jos. 7, 12 etc. — e) *in modum, ad instar* Job 4, 19.— f) *pro*

in formulâ לִפְנֵי Prov. 17, 10.—מִלִּפְנֵי a) *è conspectu* Lev. 20, 9. Eccl. 8, 13 etc. — b) *propter* 1 Par. 16, 33. — מִפְּנֵי a) *à facie, è conspectu, ab anteriori parte.* — b) *auctore*, de causâ efficiente *à, ab, propter* Ex. 8, 20. Jes. 10, 27 etc. Seq. אֲשֶׁר in Conjonct. abit *propterea quòd, quia* Ex. 19, 18. Jer. 44, 23. — עַל פְּנֵי pr. *in superficie*, hinc a) *super* Gen. 1, 29 etc. — b) *ante*, de loco, 2 Par. 3, 17. — c) *coram* Lev. 10, 3. — d) *versus* Gen. 18, 16 etc. it. *adversus*. Nah. 2, 2. Ps. 21, 13. — e) *in modum, ad instar* 1 Reg. 6, 3. — f) *præter* Ex. 20, 3.

פִּנָּה f. constr. פִּנַּת; suff. פִּנָּתָהּ; pl. פִּנּוֹת; 1) ut masc. פִּן *angulus* Prov. 7, 8 etc. — 2) *turris muralis*, qualis in angulis murorum exstruebatur Soph. 2, 16. 2 Par. 26, 15. — 3) metaph. *princeps populi* Jud. 20, 2. Jes. 19, 13 etc. — Rad. פִּן.

פְּנוּאֵל et פְּנִיאֵל; n. pr. 1) oppidi trans Jordanem Gen. 32, 32. — 2) viror. 1 Par. 4, 4 etc.

פְּנִיאֵל n. pr. vid. פְּנוּאֵל.

פְּנִים vid. פָּנֶה.

פְּנִים m. *interius;* cum ה locali פְּנִימָה pr. *ad parietem* (domûs, conclavis, atrii), qui regione januæ est, et oculis intrantium patet Ps. 45, 14. Hinc in *pariete interno* 1 Reg. 6, 18, *intùs, in domo* 2 Reg. 7, 11, *introrsùm* 2 Chron. 29, 18. — Cum præf. לִפְנִימָה *intùs, intrinsecùs* 1 Reg. 6, 30, *introrsùm* Eze. 41, 3, seq. ל *intra* aliquid Eze. 40, 16. מִלִּפְנִים *intùs* 1 Reg. 6, 29. מִפְּנִימָה *intrinsecùs* 1 Reg. 6, 19, etc. Indè.

פְּנִימִי m. pl. פְּנִימִים; f. פְּנִימִית; pl. פְּנִימִיּוֹת; *interior* 1 Reg. 6, 27: 1 Par. 28, 11 etc.

פְּנִינִים pl. m. sed Prov. 3, 15 פְּנִינִים in Chethib; vulgò *margaritæ*, sed forsan rectiùs *coralia rubra* Prov. 8, 11. Thren. 4, 7 etc. — Rad. פנן.

פְּנִנָּה n. pr. mul. 1 Sam. 1, 2.

פָּנַק undè Pih. part. מְפַנֵּק *molliter, delicatè habens, enutriens* Prov. 29, 21; conf. arab. *molliter habuit et educavit.*

פְּסִים pl. m. vulgò *partes minutæ, frusta;* undè כְּתֹנֶת פַּסִּים Gen. 37, 3, 23: 2 Sam. 13, 18, 19 *tunica frustorum* i. e. cui varia frusta sive limbi et fimbriæ assutæ erant. LXX χιτὼν ποικίλος; al. *tunicata manicata et talaris* seu *tunica extremitatum*, collat. rad. פָּסַס *cessavit, desiit.* Quæ omnia quàm contorta, quàmque longè petita, nemo non videt. * Supponi potest פַּסִּים significatum habere similem significationi פִּשְׁתִּים *linum.* Cæterùm vid. quæ adnotavimus in *Le Pentateuque avec une traduction française etc.* Genèse, pag. 235*.

אֶפֶס דַּמִּים vid. דַּמִּים.

פָּסַג ut in chald. *dissecuit.*—Pih. פִּסֵּג undè imper. pl. פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ *secate, dividite palatia ejus* i. e. vel perambulate ea, vel distinctè contemplamini; quod cum orationis serie magis congruit; præterea verba *secandi, dividendi* etiam *distinguere, considerare* significant.

פִּסְגָּה n. pr. jugi in agro Moab Num. 21, 20 etc.

פִּסָּה fem. forsan *diffusio;* constr. פִּסַּת־בַּר *diffusio, frementi (sit in ter-*

rd) i. e. abundantia Ps. 72, 16; plerique tamen, sed minùs aptè *pugillum*, *portiuncula*. — Rad. פָּסַס.

פָּסַח; part. act. pl. פֹּסְחִים; infin. absol. פָּסוֹחַ; *1) pr. *saltavit*, seq. עַל *transiliit* (*sauter par dessus*) Ex. 12, 13, 23, 27; quæ significatio sola vera mihi videtur, utpotè sola etymo pariter atque contextui perapposita. Notio *parcendi* quam non excluo, metaphorica omninò est. Absol. ponitur Jes. 31, 5, ubi manifestò propheta rem Ex. loc. citat. enarratam obiter innuit.* Hinc — 2) *claudicavit*, metaph. *fluctuavit* 1 Reg. 18, 21.

Niph. fut. יִפָּסֵחַ *claudus fiet* 2 Sam. 4, 4. — Pih. fut. וַיְפַסְּחוּ *saltitabant* 1 Reg. 18, 26. — Deriv. seq.

פִּסֵּחַ n. pr. viror. Esr. 2, 49 etc.

פֶּסַח m. * pr. *saltus* (*saut*); nam Jehova dicitur (Ex. 12, 27) domos Hebræorum in Ægypto *transiliisse*, cùm plagâ Ægyptios afficeret; hinc meton. 1) *agnus* paschalis; et plur. פְּסָחִים *agni paschales* Ex. 12, 21: 2 Par. 30, 17 etc. — 2) *festum paschalis* quo agnus iste comedebatur Ex. 12, 48. Num. 9, 4. Jos. 5, 11 etc.

פִּסֵּחַ m. plur. פִּסְּחִים (sine Dag.); *claudus* Lev. 21, 18 etc.

פָּסִיל m. undè pl. פְּסִילִים; constr. פְּסִילֵי; 1) *sculptilia*, *imagines sculptiles* idolorum Deut. 7, 25 etc. — 2) forsan ut in syr. *lapicidinæ* Jud. 3, 19, 26. — Rad. פָּסַל.

פָּסֵךְ n. pr. viri 1 Par. 7, 33.

פָּסַל; infin. constr. et imp. פְּסֹל; fut. יִפְסֹל; *cecidit*, *cædit* lapides Ex. 34, 1, 4 etc. it. idolum forsan ligneum Hab. 2, 18. — Deriv. פָּסִיל et פֶּסֶל m. suff. פִּסְלוֹ; *simulachrum* idoli *sculptile* Ex. 20, 4. Jes. 44, 15 etc., *fusile* Jes. 40, 19 etc.

פָּסַס 1) ut vicin. אָפַס *cessavit*, *desiit*, præt. pl. פָּסוּ Ps. 12, 2. — 2) ut vicin. פָּשַׁשׂ et Chald. פְּסַס *diffudit se*. — Deriv. פַּס, פְּסָה.

פִּסְפָּה n. pr. viri 1 Par. 7, 38.

פָּעָה, undè fut. יִפְעֶה; vocab. onomatopoët. (conf. גָּעָה *boavit*, chald. et syr. פְּעָא *balavit*) *clamavit* mulier parturiens Jes. 42, 14, it, collat. arab. عَفَى, *flavit*, *sibilavit* serpens, vipera. — Deriv. אֶפְעֶה.

פָּעוּ et פָּעִי n. pr. oppidi Idumæor. Gen. 36, 39: 1 Par. 1, 50.

פְּעוֹר n. pr. montis moabitici Num. 23, 28, undè בַּעַל פְּעוֹר et undè פְּעוֹר n. pr. idoli moabitici Num. 25, 3. Jos. 22, 17 etc. Conf. בֵּית פְּעוֹר pag. 93.

פָּעַל; part. act. פֹּעֵל; pl. constr. פֹּעֲלֵי; fut. יִפְעַל, יִפְעֹל et seq. Makk. יִפְעַל; vocab. poët., ut עָשָׂה; 1) *fecit* Deut. 32, 27. Jes. 43, 13 etc. Seq. acc. et לְ rei *reddidit* Ps. 7, 14: חִצָּיו לְדֹלְקִים יִפְעָל *sagittas suas scintillantes reddit*. Seq. לְ pers. *fecit alicui* aliquid, sive bonum, sive malum Job 22, 17 etc., seq. בְּ id. 35, 6. — 2) *confecit*, *fabricatus est* Jes. 44, 15. Ps. 7, 14; absol. *laboravit* Jes. 44, 12, it. *finxit*, *produxit*, *creavit* Ps. 14, 1. Job 36, 3. — 2) *paravit* Ex. 15, 17, hinc *molitus est* aliquid, oppos. עָשָׂה *effecit* Jes. 41, 4: מִי פָעַל וְעָשָׂה *quis molitus est et effecit?* Mich. 2, 1 etc. — 3) *exercuit* justitiam, scelus etc. Ps. 15, 2. Job 32, 32 etc. — Deriv. מִפְעָל et seq.

פֹּעַל m. suff. פָּעֳלוֹ et rariùs פֹּעָלוֹ, פָּעֳלָךְ(poholcha), in pausâ פָּעָלְךָ; pl. פְּעָלִים; 1) *factum, facinus* Ps. 28, 4. Prov. 24, 12, spec. *præclarè factum* 2 Sam. 23, 20, *malefactum* Job 36, 9. — 2) *opus* Jes. 45, 11 etc. — 3) *opes labore partæ* Prov. 21, 6, hinc *merces* Jer. 22, 13. Job 7, 2.

פְּעֻלָּה f. constr. פְּעֻלַּת; 1) *opera, opus, agendi ratio* Jer. 15, 16 etc. Plur. פְּעֻלוֹת *studia* prava hominum Ps. 17, 4. — 2) *merces* Lev. 19, 13. Ps. 109, 20.

פְּעֻלְתַּי n. pr. viri 1 Par. 26, 5.

פָּעַם 1) *icit, pulsavit.* — 2) metaph. *impulit, agitavit;* infin. cum suff. פַּעֲמוֹ Jud. 13, 25. — Niph. נִפְעַם; fut. conv. וַיִּפָּעֵם; *agitatus, perturbatus est* Gen. 41, 8 etc. — Hithp. fut. conv. וַיִּתְפָּעֵם *et perturbatus est* Dan. 2, 1. — Deriv. seq.

פַּעַם f. (m. Jud. 16, 28); pl. פְּעָמִים; constr. פַּעֲמֵי; suff. פְּעָמָיו; 1) *ictus, pulsus* spec. pedis, hinc *gressus, passus* Ps. 17, 5. 57, 7 etc.; metaph. Jud. 5, 28, tandem *pes* quo gradimur. Pl. f. פְּעָמוֹת *pedes* arte facti Ex. 25, 12. — 2) pro *vice, vicibus*, quia ictu manûs pedisque numerari solet (conf. gall. *pour le coup*). פַּעַם אַחַת *unâ vice, semel* Jos. 6, 3, *simul* Jes. 66, 8. Dual. פַּעֲמַיִם *bis* Gen. 27, 36, שָׁלֹשׁ פְּעָמִים *ter* Ex. 23, 17; cum art. הַפַּעַם; *hâc vice, nunc* Gen. 29, 35 etc. כַּפַּעַם בְּפַעַם *hâc vice, ut anteà* (*comme l'autre fois*) Num. 24, 1 etc. פַּעַם פַּעַם *modò, modò.* — 3) *incus* Jes. 41, 7.

פַּעֲמֹן m. plur. פַּעֲמֹנִים; *tintinnabulum* Ex. 28, 33 etc.

פַּעֲנֵחַ vid. צָפְנַת־פַּעְנֵחַ.

פָּעַר addito פֶּה et בְּפֶה *distendit, distendendo aperuit os* magno hiatu Ps. 119, 31. Job 16, 10, trop. Jes. 5, 14.

פַּעֲרַי n. pr. viri 2 Sam. 23, 35, qui scribitur נַעַרַי 1 Par. 11, 37.

פָּצָה; part. act. פֹּצֶה; imp. פְּצֵה; fut. יִפְצֶה (conf. vicin. פָּצַח, פָּצַל, פָּתַח, פָּצַע פָּצַם); pr. forsan ut in arab. פצי *separavit* rem. à re, hinc 1) seq. פֶּה, *os diduxit* Jes. 10, 14. Ps. 22, 14 etc.; trop. Gen. 4, 11. — 2) ut in chald. et syr. *eripuit, liberavit* Ps. 124, 7, 10, 11.

פָּצַח; imp. f. פְּצָחִי; fut. pl. יִפְצְחוּ; *fregit, rupit,* hinc פָּצַח רִנָּה *jubila rupit, in jubila effusus est* Jes. 14, 7 etc. — Pih. פִּצֵּחַ *fregit* ossa Mich. 3, 3.

פְּצִירָה f. *hebetudo, obtusio,* al. *lima* 1 Sam. 13, 21. — Rad. פָּצַר.

פָּצַל ut vicin. בָּצַל. — Pih. פִּצֵּל; fut. יְפַצֵּל; *decorticavit* Gen. 30, 37, 38. — Indè

פְּצָלוֹת pl. f. *loca decorticata* virgarum Gen. 30, 37.

פָּצַם undè Pih. פִּצֵּם *disrupit, dehiscere fecit* terram Ps. 60, 4.

פָּצַע; part. pass. constr. פְּצוּעַ; infin. absol. פָּצוֹעַ; pr. *fidit, fissuram fecit*, indè *vulneravit* (conf. cognat. בָּצַע) Deut. 23, 2 etc. — Indè

פֶּצַע m. suff. פִּצְעִי; plur. פְּצָעִים; constr. פִּצְעֵי; suff. פְּצָעֶיךָ; *vulnus* Gen. 4, 24 etc.

פֶּצֶץ n. pr. viri 1 Par. 24, 15.

פָּצַר undè fut יִפְצַר; * pr. forsan ut cognat. בָּצַר *abscidit, amputavit* spec.

aciem, hinc ut vicin. arab. פָּטַר *obtudit, obtusum fecit*; it. seq. בְּ pers. *ursit, institit* sive rogando, sive vim inferendo Gen. 19, 3, 9 etc. — Hiph. infin. nominasc. הַפְצַר *pertinacia* 1 Sam. 15, 23. — Inde פְּצִירָה.

פָּקַד; part. act. פֹּקֵד; pass. plur. פְּקֻדִים; constr. פְּקוּדֵי et פִּקְדֵי; inf. absol. פָּקֹד, constr. פְּקֹד, suff. פָּקְדִי; imp. פְּקֹד; fut. יִפְקֹד; 1) *attendit* alicui Gen. 21, 1. Ex. 4, 31 etc. — 2) *adiit* aliquem, visendi, velexplorandi, vel lustrandi causâ; hinc *visitavit, exploravit, lustravit, censuit* 1 Sam. 17, 18: 1 Reg. 20, 15. Ps. 17, 3 etc. Part. pass. פְּקוּדִים, פְּקֻדִים *recensiti, qui in censum veniebant* Num. 1, 21. seq. 2, 4 seq.; it. *lustrando desideravit, non invenit in recensione* 1 Sam. 20, 6, 25, 15. Jes. 34, 16. — 3) *prospexit* alicui Gen. 21, 2. Jer. 23, 2 etc., it. *respexit* aliquem auxilium exspectans Jes. 26, 16; et causat. ut Hiph. *fecit ut* aliquis *prospiceret* alicui, hinc — a) *præfecit* aliquem alicui seq. acc. pers. et עַל Num. 4, 27 etc. Absol. Num. 3, 10. Deut. 20, 9. Part. pass. פְּקוּדִים *præfecti* Num. 31, 48: 2 Reg. 11, 15. et Ex. 30, 13, 14 ubi sensus ad litteram est: *transiens coram recensioni præfectis.* — b) *curæ* alicujus *commisit* seq. עַל pers. Job 36, 23. Esr. 1, 2 etc. — c) *deposuit, reliquit ut depositum* alicubi 2 Reg. 5, 24. — 4) *animadvertit* in aliquem, *punivit* eum Ex. 20, 5. Jer. 9, 24 etc.

Niph. נִפְקַד; infin. et imp. הִפָּקֵד; fut. יִפָּקֵד et retracto tono יִפָּקֵד; 1) *desideratus est in recensione* Num. 31, 49, generatim *desideratus est* Sam. 20, 18 etc. — 2) *præfectus est* Neh. 7, 1. 12, 44. — 3) *punitus est* Num. 16, 29 etc.

Pih. part. מְפַקֵּד lustrans. Jes. 13, 4. — Puh. פֻּקַּד 1) *lustratus est* Ex. 38, 21. — 2) *desideratus est* Jes. 38, 10.

Hiph. הִפְקִיד; imper. הַפְקֵד; fut. יַפְקִיד, apoc. יַפְקֵד; 1) *præfecit* aliquem alicui rei seq. acc. pers. et עַל, בְּ, לְ Gen. 39, 5 etc., absol. 2 Reg. 25, 23. — 2) *commisit, mandavit* curæ alicujus, seq. בְּיַד, עַל יְדֵי Ps. 31, 6 2 Par. 12, 10, et אֵת Jer. 40, 7. 41, 10. — 3) *deposuit* alicubi Jes. 10, 28. Jer. 36, 20. — Hoph. הָפְקַד; part. pl. מְפֻקָּדִים; *præfectus est* 2 Reg. 12, 12: 2 Par. 34, 10. — 2) *depositus est* seq. אֵת *apud* aliquem Lev. 5, 23. — 3) *punitus est* Jer. 6, 6.

Hithpah. præt. plur. הִתְפָּקְדוּ pro הִתְפַּקְדוּ; fut. pl. יִתְפָּקְדוּ; *lustratus est* Jud. 20, 15 etc. — Hothpah. præt. plur. הָתְפָּקְדוּ pro הָתְפַּקְדוּ; id. Num. 1, 47 etc. — Deriv. מִפְקָד, פְּקִיד et seq.

פְּקֻדָּה f. constr. פִּקְדַּת; pl. פְּקֻדוֹת; 1) *lustratio, recensio* 1 Par. 23, 11. — 2) *cura.* Job 10, 12, spec. *custodia* 2 Reg. 11, 18: 2 Par. 23, 18. Jer. 52 11; *domus custodiæ* i. e. *carcer.* — 2) *præfectura, officium* Num. 4, 16. Ps. 109, 8: 2 Par. 23, 18; concr. *præfectus* Jes. 60, 17: 2 Par. 24, 11. — — 4) *opes* custoditæ Jes. 15, 7. — 5) *animadversio, pœna* Jes. 10, 3. Eze. 9, 1.

פִּקָּדוֹן m. *depositum* Gen. 41, 36. Lev. 5, 21, 23.

פְּקֻדוּת vel פְּקִידָת f. *præfectura*, *munus præfecti* Jer. 37, 13.

פְּקוּד m. 1) *præfectura* et *præfectus* Eze. 23, 23.—2) *animadversio* nom. allegor. Babylonis, juxta quosdam Jer. 50, 21.

פְּקוּדִים pl. m. undè constr. פִּקּוּדֵי; suff. פְּקֻדֶיךָ; *mandata* Ps. 103, 18. 111, 7.

פָּקַח, part. act. פֹּקֵחַ; pass. pl. f. פְּקֻחוֹת; inf. absol. פָּקֹחַ; constr. פִּקַּח; imp. פְּקַח; fut. יִפְקַח; *aperuit* oculos 2 Reg. 4, 35 etc.; aures Jer. 42, 20. — Niph. נִפְקַח; fut. pl. f. תִּפָּקַחְנָה; *apertus est* oculus Jes. 35, 5; metaph. 3, 5, 7. — Deriv. seq.

פִּקַּח n. pr. viri 2 Reg. 15, 25 etc.

פִּקֵּחַ m. pl. פִּקְּחִים; *apertus oculis*, *videns* Ex. 4, 11. trop. 23, 8.

פִּקַּחְיָה n. pr. viri 2 Reg. 15, 22.

פְּקַחְקוֹחַ vel פִּקַּחְקוֹחַ m. *apertio* scil. carceris, *liberatio* Jes. 61, 1.

פָּקִיד m. constr. פְּקִיד; pl. פְּקִידִים; *præfectus* Gen. 41, 34 etc.—Rad. פָּקַד.

פַּקָּעוֹת pl. f. 2 Reg. 4, 39 vulgò *colocynthides*, sed rectiùs forsan ut Celsius (Hierobot.) *cucumeres agrestes*, seu *asinini*, qui maturi vel leviter tacti rumpuntur, semenque cum impetu jaculantur.—Rad. פקע ut vicin. נָקַע *fissus, ruptus est;* in syr. נְקַע id.

פְּקָעִים pl. m. id. 1 Reg. 6, 18. 7, 24 ubi tanquàm architecturæ ornamentum usurpatur.

פַּר et פָּר m. pl. פָּרִים; *taurus*, maximè *juvencus* Ex. 29, 1. Lev. 4, 3 etc. Metaph. Hos. 14, 4. Fem. est פָּרָה q. v. — Rad. פָּרַר, sed etymon latet.

פָּרָא 1)* forsan *ferox fuit** sed plerique ex usu chald. *cucurrit, celeriter latus est.* — 2) ut vicin. פָּרַח *tulit protulit* planta. — Hiph. fut. יַפְרִיא *feret* fructum Hos. 15, 15. — Indè

פֶּרֶא et Jer. 2, 24 פֶּרָה c. pl. פְּרָאִים; 1) * forsan adj. *ferox* Gen. 16, 12: פֶּרֶא אָדָם *homo ferox* i. e. fortis et audax; Vulgat. *ferus homo**; vulgò tamen ut — 2) *onager* animal cursu velocissimum Jer. 2, 24. Job 6, 5 etc.

פַּרְאֹךְ n. pr. viri Jos. 10, 3.

פַּרְאוֹת pl. f. vid. פַּרְוָה.

פַּרְוָה et פַּרְוָר m. pl. פַּרְוָרִים; *suburbium* 2 Reg. 23, 11: 1 Par. 26, 18. — Latet etymon.

פָּרַד 1) *separavit*, — 2) *expandit* alas; part. pass. pl. f. פְּרֻדוֹת *expansæ* Eze. 1, 11. — 3) *sparsit*. — Niph. נִפְרַד; part. נִפְרָד; pl. נִפְרָדִים; inf. et imp. הִפָּרֵד; fut. יִפָּרֵד; 1) *separavit se* Gen. 15, 9. Jud. 4, 11 etc. — 3) *dispersit se* Gen. 10, 5. Neh. 4, 13 etc.

Pih. fut. pl. in pausâ יְפָרְדוּ *separabunt se, secedent* Hos. 4, 14. — Puh. part. מְפֻרָד *separatus, dispersus* Esth. 3, 8.

Hiph. הִפְרִיד; part. מַפְרִיד; inf. הַפְרִיד; fut. יַפְרִיד; 1) *separavit* Gen. 30, 40 etc. — 2) *dispersit* Deut. 32, 8. —Hithp. הִתְפָּרֵד; fut. pl. יִתְפָּרְדוּ; in pausâ יִתְפָּרֵדוּ; 1) *separavit, sejunxit se* Ps. 22, 15. Job 41, 9. — 2) *dispersus est* Job 4, 11.—Deriv. seq.

פֶּרֶד m. suff. פִּרְדּוֹ; pl. פְּרָדִים; suff. פִּרְדֵיהֶם; *mulus* 2 Sam. 18, 9. Ps. 32, 9 etc.

פִּרְדָּה f. constr. פִּרְדַּת ; *mula* 1 Reg. 1, 33. 38, 44.

פְּרֻדוֹת pl. f. *grana* Joël 1, 17. Alia vid. in radice ipsâ.

פַּרְדֵּס m. pl. פַּרְדֵּסִים ; παράδεισος, *pomarum arboretum* Eccl. 2, 5 etc. — Etymon latet.

פָּרָה ; part. act. פֹּרֶה, f. פֹּרִיָּה et פֹּרָיָה (pro פֹּרָה) ; imp. פְּרֵה ; fut. יִפְרֶה ; פָּרֲתָה *tulit*, hinc spec. a) *fructum tulit* planta Gen. 49, 22. Ps. 128, 3 ; metaph. Jes. 45, 8. — b) *protulit fetum, fecundus fuit* Gen. 1, 22. Ex. 1, 7. 23, 30.

Hiph. הִפְרָה ; part. מַפְרֶה ; undè cum suff. מַפְרֶךָ ; fut. יַפְרֶה undè conv. וַיַּפְרוּ, cum suff. יַפְרֶךָ ; *fecundum reddidit* 41, 52, *sobole auxit* Lev. 26, 9 etc.—Deriv. פְּרִי.

פָּרָה f. suff. פָּרָתוֹ ; pl. פָּרוֹת ; 1) *juvenca* Gen. 41, 2. Hos. 4, 16 etc. metaph. de mulieribus luxuriosis Amos 4, 1. —2) cum art. הַפָּרָה n. pr. oppidi in tribu Benjamin Jos. 18, 23.

פֶּרֶא vid. פֹּרֶא.

פָּרָה n. p. viri Jud. 7, 10.

פְּרוּדָא et פְּרִידָא n. p. viri Esr. 2, 52. Neh. 7, 57.

פְּרוּזִים pl. m. Esth. 9, 19 in Cheth. pro. פְּרָזִים q. v.

פָּרוּחַ n. pr. viri 1 Reg. 4, 17.

פַּרְוַיִם n. pr. regionis auriferæ 2 Par. 3, 6.

פַּרְוָר vid. פַּרְבָּר.

פָּרוּר m. *olla* Num. 11, 8. Jud. 6, 19. — Rad. פּוּר.

פָּרוֹת vid. in חֲפַר פָּרָה.

פָּרָז m. undè pl. cum suff. פְּרָזָו (pro פְּרָזָיו) forsan *præfectus* militum, *dux* Hab. 3, 14. LXX *potentes*, Vulgat. *bellatores* ; vulgò tamen *pagi*.— Rad. פרז in arab. *separavit, segregavit ab aliis* (conf. vicin. פָּרַד) it. *decrevit, diremit* rem.

פְּרָזוֹן m. suff. פִּרְזוֹנוֹ ; id. Jud. 5, 7, 11.

פְּרָזוֹת pl. f. *rura, pagi* oppos. urbibus muris cinctis et munitis Eze. 38, 11. Zach. 2, 8. Esth. 9, 19.

פְּרָזִי m. pl. פְּרָזִים Esth. 9, 19 in Keri, ubi Chethib habet פְּרוּזִים ; *paganus, in pago habitans* Deut. 3, 5 : Sam. 6, 18.

פְּרִזִּי n. pr. *Pheresæus*, collect. *Pheresæi*, gens Chananæa Gen. 13, 7. Jos. 11, 3 etc.

פָּרַח ; part. act. פֹּרֵחַ, f. פֹּרַחַת, pl. פֹּרְחוֹת ; infin. absol. פָּרֹחַ, constr. פָּרַח ; fut. יִפְרַח ; 1) *erupit, prorupit*, it. *germinavit, efloruit* Ex. 9, 9. Jes. 17, 11 etc. metaph. de statu prospero Jes. 27, 6. Ps. 92, 8.—2) ut in chald. et syr. *volavit* Eze. 13, 20 : *Vos* (mulieres) *venamini animas, ut advolent* ad vos. — Hiph. הִפְרִיחַ ; fut. יַפְרִיחַ ; 1) *florere fecit* Jes. 17, 11. Eze. 17, 24. — 2) intrans. *floruit* Ps. 92, 13. Job 14, 9 ; metaph. Prov. 14, 11. — Deriv. אֶפְרֹחַ et seq.

פֶּרַח m. suff. פִּרְחָם ; pl. cum suff. פִּרְחֵיהֶם ; *germen* Nah. 1, 4, *flos* Num. 17, 23, metaph. Jes. 5, 24, *flos arte factus* Ex. 25, 33.

פִּרְחַח פִּרְחָח m. vulgò *pubertas*, indèque meton. *puberes* filii Job 30, 12 ; al. *progenies prava, homines pravi, viles*, collat. arab. فَرْخٌ *pullus*, it. *homo vilis et abjectus*.

פָּרַט pr. ut vicin פָּרַשׂ, פָּרַד *sparsit*, hinc spec. *sparsit, effutivit verba;* part. act. plur. פֹּרְטִים *garrientes* ad modos nablii Amos 6, 5. — Indè

פֶּרֶט m. *sparsum* i. e. *deciduum* Lev. 19, 10.

פְּרִי m. in pausâ פֶּרִי; suff. פִּרְיִי, פִּרְיְךָ, פִּרְיֵךְ, פִּרְיוֹ, פִּרְיָהּ, פִּרְיְכֶם, פִּרְיָכֶן, פִּרְיָהֶן, פִּרְיָן, פִּרְיָהֶם, פִּרְיָמוֹ, פִּרְיָם; *fructus* terræ, arboris etc. Gen. 1, 12. Jes. 4, 2 etc. uteri seu *fetus, soboles* Thren. 2, 20, plenè פְּרִי בֶטֶן Gen. 30, 2 etc. metaph. *effectus, consequens* rei Jes. 3, 10. Ps. 104, 13 etc. — Rad. פָּרָה.

פָּרִידָא vid. פְּרוּדָא.

פָּרִיץ m. constr. פְּרִיץ, sed pl. formæ Daguessandæ פְּרִיצִים pro וּפְרִיצִים constr. פְּרִיצֵי; pr. *disrumpens, lacerans* fera Jes. 35, 9, hinc *effractor, violentus* homo Jer. 7, 11. Dan. 11, 14 etc. — Rad. פָּרַץ.

פָּרַךְ 1) ut in chald. *fregit.* — 2) ut vicin. פָּרַד *separavit.* — Deriv. seq.

פֶּרֶךְ m. *oppressio*, Ex. 1, 13 etc.

פָּרֹכֶת f. *velum* quod Sanctum à Sancto Sanctorum separabat Ex, 26, 31. Lev. 16, 2 etc.

פָּרַם undè part. pass. pl. פְּרֻמִים; fut. יִפְרֹם (vicin. sunt ferè omnes rad. à syllabâ פַּר incipientes); *scidit, discidit* vestes Lev. 10, 6 etc.

פַּרְמַשְׁתָּא n. pr. viri Esth. 9, 9.

פַּרְנָךְ n. pr. viri Num. 34, 25.

פָּרַס; inf. absol. פָּרֹס; fut. יִפְרֹס; *fregit* addito לֶחֶם ל *panem alicui* i. e. partem ejus præbuit Jes. 58, 7, et sine לֶחֶם Jer. 16, 7.

Hiph. הִפְרִיס; part. מַפְרִיס, f. מַפְרֶסֶת; fut. יַפְרִיס; denom. à פַּרְסָה quod ferè ubique additur, *ungulam divisit* i.e. *divisam, non penitùs fissam habuit* animal Lev. 11, 3. Deut. 14, 7 etc., sed Lev. 11, 4 *de ungulâ penitùs fissâ* dictum videtur. — Indè פֶּרֶס.

פָּרַס in pausâ פָּרָס n. pr. *Persia, Persæ* Dan. 5, 28. Esr. 1, 1. 3 etc., Nom. gent. פָּרְסִי *Persa* Neh. 12, 22.

פֶּרֶס m. *ossifraga*, aquilæ species Lev. 11, 13.

פַּרְסָה f. pl. m. פַּרְסִים undè cum suff. פַּרְסֵיהֶן, pl. f. פַּרְסוֹת; constr. כַּרְסוֹת; suff. f. פַּרְסָתֵיךְ; *ungula* pr. *fissa* Ex. 10, 26 etc., hinc etiam non fissa ut equi Jes. 5, 28 etc. — Rad. פָּרַס.

פַּרְסִי vid. nom. פָּרַס.

פָּרַע; part. act. פּוֹרֵעַ; pass. פָּרוּעַ et פָּרֵעַ; inf. constr. פָּרַעַ; imp. פְּרַע undè cum suff. פָּרְעֵהוּ; fut. יִפְרַע; radix ista perquàm difficilis variè à variis exposita est.* Schultensii (Comm. in Prov. 1, 25 et Job 4, 12) vestigia aliquantulùm premens eam sic evolvo: 1) ut pleræque rad. à syllabâ פַּר incipientes, *fregit, abrupit*, hinc *dissolvit, dissipavit, disturbavit.* Ex. 32, 25: פָּרֻעַ הוּא כִּי־פֵרַע אַהֲרֹן *disturbatus erat* (populus); *nam disturbaverat eum Aharon.* פָּרַע עֵצָה *fregit consilium* i. e. decretum Prov. 1, 25, et omisso עֵצָה Eze. 24, 14 ubi sensus est: *Ego Jehova dixi: adventat* (quod comminatus sum) et efficiam;

לֹא אֶפְרַע *non frangam* consilium *meum*. פָּרַע מוֹסָר מוּסָר *fregit, irritam fecit admonitionem* Prov. 13, 18. 15, 32, et absque מוּסָר 8, 33. 4, 15 ; *fregit semitam impiorum* i. e. non coluit eam declinavit ab eâ. Jud. 5, 2 : בִּפְרַעַ פְּרָעוֹת בְּיִשְׂרָאֵל *in disturbando disturbationes in Israël* i. e. *dùm Israëlitæ in summâ disturbatione versarentur*. — 2) ut vicin. פָּרַח *erupit, prorupit, germinavit*, undè פֶּרַע. — 3) ut in chald. et Talmud. *nudavit* Lev. 10, 6. 13, 45. 21, 10. Num. 5, 18.

Niph. fut. יִפָּרַע ; *dissolvetur* Prov. 29, 18. — Hiph. הִפְרִיעַ ; fut. יַפְרִיעַ ; 1) *disturbationem intulit* 2 Par. 28, 19. — 2) seq. מִן *abstraxit* Ex. 5, 4. — Indè.

פֶּרַע m. pl. f. פְּרָעוֹת, *1) *calva*, pr. *pars capitis ubi erumpunt, crescunt capilli*; al. *principes* ; al. *ultiones*, sed invito contextu Deut. 32, 42.* — 2) *capilli* ipsi, *cæsaries* Num. 6, 5. Eze. 44, 20.

פַּרְעֹה n. pr. veterum Ægypti regum Gen. 12, 15. Ex. 1, 10 etc.

פַּרְעֹשׁ m. 1) *pulex* 1 Sam. 24, 15. — 2) n. pr. viri Esr. 2, 3 etc.—Rad. quadril. פרעש forsan *saliit* ut in æthiop. ፈርዐ .

פִּרְעָתוֹן n. pr. oppidi in tribu Ephraïm Jud. 12, 15. Nom. gent. פִּרְעָתֹנִי Jud. 12, 13.

פַּרְפַּר n. pr. rivuli qui in Libano oritur 2 Reg. 5, 12.

פָּרַץ ; part. act. פֹּרֵץ ; pass. plur. פְּרוּצִים et פְּרֻצִים ; infin. absol. פָּרֹץ, constr. פָּרֹץ ; fut. יִפְרוֹץ et יִפְרֹץ ; 1) trans. *violenter rupit, perrupit, diruit, destruxit* ut murum, maceriam etc. Jes. 5, 4 : 2 Par. 32, 5 etc. ; hinc *perrumpendo disturbavit, dispersit* copias hostiles 2 Sam. 5, 20 etc.—2) intrans. *erupit, prorupit*, hinc *diffudit se, diffusus est* Gen. 28, 14 : 2 Par. 31, 5 etc., it. *invaluit crevit* numero Gen. 30, 30. Ex. 1, 12. Hos. 4, 12 etc. ; *diffractus est* seq. acc. Prov. 3, 10 ; *irrupit, irruit* seq. בְּ *in* aliquem Ex. 19, 22 etc., seq. acc. Job 16, 14, hinc in malam partem *violenter egit* Hos. 4, 2, in bonam *institit, ursit* precibus 1 Sam. 28, 23 etc.

Niph. part. נִפְרָץ *diffusus* i. e. frequens 1 Sam. 3, 1. — Puh. part. f. מְפֻרָצַת *diruta* Neh. 1, 3. — Hithpah. part. pl. מִתְפָּרְצִים *abrupti, sejuncti* 1 Sam. 25, 10. — Deriv. פָּרִיץ, מִפְרָץ et

פֶּרֶץ m. pl. פְּרָצִים ; suff. f. פִּרְצִיתָן ; pl. f. פִּרְצוֹת ; 1) *eruptio, perruptio* aquarum 2 Sam. 5, 20 etc., hinc *ruptura, hiatus* muri 1 Reg. 11, 27 etc. *Stare in ruptura muri ; ascendere in rupturas* i. e. hostes ab irruptione arcere Eze. 13, 5. 22, 30 etc. — 2) *irruptio, invasio, impetus* Job 16, 14, hinc *strages, clades* Jud. 21, 15 etc. Indè — 3) n. pr. a) viri Gen. 38, 29, Patron. פַּרְצִי Num. 26, 20. — b) פֶּרֶץ עֻזָּא loci 2 Sam. 5, 8 etc.

פָּרַק ; part. act. פֹּרֵק ; fut. cum suff. יְפָרְקֵנוּ ; 1) *rupit, fregit*, hinc *dirupit, laceravit* Ps. 7, 3, seq. מֵעַל *abrupit* Gen. 27, 40. — 2) *eripuit, liberavit* Ps. 136, 24. Thren. 5, 8.

Pih. part. מְפָרֵק ; imp. פָּרֵק ; fut.

יִפְרֹק; *abrupit, avellit* Ex. 32, 2. Zach. 11, 16, *diffregit, dilaniavit* 1 Reg. 19, 11. — Hithp. הִתְפָּרֵק; imp. in pausâ הִתְפָּרֵק, fut. יִתְפָּרֵק; *diffractus est* Eze. 19, 12, *avellit sibi* aliquid, seq. acc. Ex. 32, 3, 24. — Deriv. מַפְרֶקֶת et seq.

פֶּרֶק m. undè constr. פֶּרֶק; *jusculum*, al. *frustum* Jes. 65, 4 in Chethib, ubi Keri habet מֶרֶק q. v.

פֶּרֶק m. *violentia, rapina* Nah. 3, 1, *bivium, divisio viæ* Obad. 14.

פָּרַר *fregit, disrupit;* infin. absol. פוֹר Jes. 24, 19 pertinet ad פּוּר. — Hiph. הֵפֵר, in pausâ הֵפֵר; part. מֵפֵר, infin. הָפֵר et הָפִיר, cum suff. הַפְרְכֶם; imp. הֲפֵר; fut. יָפֵר: 1) *fregit, rupit;* sed ubique trop. Lev. 26, 44 etc. — 2) *irritum fecit* 2 Sam. 15, 34 etc., *irritum declaravit* Num. 30, 9; intrans. *irritus fuit* Eccl. 12, 5. — 3) *sustulit* è medio Job 15, 4. 40, 8; prægn. Ps. 8, 5: *tolle iram nobiscum*, pro iram quam in nos effudisti. — Hoph. fut. f. תֻּפַר *irrita fiet.* Jes. 8, 10 etc. — Poh. פּוֹרֵר *fidit, diffidit* Ps. 74, 13. — Hithp. הִתְפּוֹרֵר *ruptus, fissus est* Jes. 24, 19.

Pilp. fut. cum suff, יְפַרְפְּרֵנִי *concutiet me* Job 16, 12.

פָּרַשׂ; part. act. פֹּרֵשׂ; pl. פֹּרְשִׂים; pass. פָּרוּשׂ; f. פְּרוּשָׂה; plur. פְּרוּשׂוֹת; fut. יִפְרֹשׂ; 1) ut vicin. פָּרַס *fregit, distribuit* Mich. 3, 3. Thren. 4, 4. — 2) *expandit* Ex. 25, 20. Prov. 31, 20 etc. Metaph. Prov. 13, 16: *stultus expandit* i. e. *prodit, præ se fert stultitiam.*

Niph. fut. יִפָּרֵשׂ *diffundetur, dispergetur* Eze. 17, 21. — Pih. פֵּרַשׂ; inf. פָּרֵשׂ; suff. פָּרְשָׂכֶם; fut. יְפָרֵשׂ; 1) *expandit* Jes. 1, 15. Ps. 143, 6 etc. Thren. 1, 17: פֵּרְשָׂה צִיּוֹן בְּיָדֶיהָ *expandit Sion* (expansionem fecit) *manibus suis*, pro יָדֶיהָ *manus suas.* — 2) *dispersit* Zach. 2, 10. Ps. 68, 15. — Deriv. מְפֹרָשׂ.

פָּרַשׂ undè inf. constr. פָּרֹשׂ; pr. *fidit, separavit, distinxit* ut in chald. et syr., hinc *distinctè dixit, definivit* Lev. 24, 12. — Niph. part. plur. f. נִפְרָשׂוֹת *dispersæ* Eze. 34, 12, ubi plures cod. et edition. habent נִפְרָשׁוֹת. — Puh. פֹּרַשׂ *distinctè dictum, expositum fuit* Num. 15, 34; part. מְפֹרָשׂ *distinctè,* ut rectè Vulgat. Neh. 8, 8; al. *additâ translatione* scil. chaldæâ. — Hiph. ut in syr. *pupugit, vulneravit;* fut. יַפְרִישׂ Prov. 23, 32. — Deriv. seq.

פָּרָשׂ (pro פַּרְשׁ) m. constr. פֶּרֶשׂ Eze. 26, 19; pl. פָּרָשִׁים; suff. פָּרָשָׁיו; 1) *eques* Gen. 50, 9. Jer. 4, 29 etc. — 2) *equus* 1 Reg. 5, 6. Eze. 27, 14. בַּעֲלֵי פָרָשִׁים *equites* 2 Sam. 1, 6.

פֶּרֶשׂ m. suff. פִּרְשׁוֹ; 1) *fimus* ventriculi ut arab. فَرْث (farts), trop. Mal. 2, 3, sed Ex. 29, 14. Lev. 4, 11. 8, 17 de *ventriculo* ipso sumi videtur. — 2) n. pr. viri 1 Par. 7, 16.

פַּרְשָׁה fem. *expositio distincta;* constr. פָּרְשַׁת Esth. 4, 7. 10, 2.

פַּרְשֶׁגֶן et פַּתְשֶׁגֶן m. hebr. et chald. *apographum, exemplar* Esth. 3, 14. 4, 11 etc.

פַּרְשְׁדֹן m. ut פֶּרֶשׂ *fimus, stercus* Jud. 3, 22: וַיֵּצֵא הַפַּרְשְׁדֹנָה *et exiit stercus;* ità Chald. et Vulgat.; sed ob

ה parag. lubentiùs verto : *et exiit* (gladius) *per podicem* seu *interstitium pedum*, collat. quadril. verbum פרשׁד (conflat. ex פָּרַשׁ et פָּרַד) ut in arab. *distendit*, *divarricavit pedes*. LXX Vatic. καὶ ἐξῆλθεν (Λὼδ) τὴν πρωτάδα, quasi הַפַּרְשְׁדוֹנָה idem sit quod הַמַּסְדְּרוֹנָה vers. 23.

פַּרְשְׁנוּ quadril. *expandit* Job 26, 9. —Conflat. ex פָּרַשׁ et פָּרַד vicin., פָּרַד.

פַּרְשַׁנְדָּתָא n. pr. viri Esth. 9, 7.

פְּרָת n. pr. *Euphrates*, Syriæ fluvius Gen. 2, 14 etc.

פַּרָת part. f. vid. פָּרָה.

פַּרְתְּמִים pl. m. *proceres, magnates* Dan. 1, 3. — Esth. 1, 3. 6, 9. — Originis persicæ videtur.

פָּשָׂה; inf. absol. פָּשֹׂה; fut. יִפְשֶׂה; pr. ut vicin. פָּשַׁע *gressus est*, hinc *diffudit se* lepra Lev. 13, 7 seq.

פָּשַׁע undè fut. cum ה paragog. אֶפְשָׁעָה; ut chald. פְּסַע *gressus est*, seq. בְּ *aggressus est* Jes. 27, 4. — Deriv. מִפְשָׁעָה et

פֶּשַׁע m. *passus* 1 Sam. 20, 3.

פָּשַׁק *divaricavit*, *distendit* labia; part. act. פּשֵׂק Prov. 13, 3. — Pih. fut. יְפַשֵּׂק *divaricabit* crura Eze. 16. 25.

פַּשׁ m. Job 35, 15, al. *superbia*, *ferocia*, al. *multitudo* (à rad. פוּשׁ etsi formâ pertineat ad פָּשַׁשׁ), LXX et Vulgat. *scelus* quasi פַּשׁ dictum sit pro פֶּשַׁע; פַּשְׁעִי, ut שָׁו Job 15, 31 in Chethib pro שָׁוְא.

פַּשַּׁח ut in chald. et syr.; indè Pih. fut. cum suff. יְפַשְּׁחֵנִי *discerpet, dilaniabit me* Thren. 3, 11.

פַּשְׁחוּר n. pr. viror. Jer. 20, 3 etc.

פָּשַׁט; part. act. pl. פּוֹשְׁטִים; imp. cum ה parag., manente tono in penultimâ כְּשֹׁטָה; fut. יִפְשֹׁט et יִפְשַׁט; 1) ut in syr. *expandit*, *extendit*, hinc — 2) intrans. *diffudit se*, *grassatus est* Nah. 3, 16: 1 Par. 14, 9; seq. עַל, אֶל, בְּ, acc. *irruit*, *invasit* Jud. 9, 33: 1 Sam. 30, 14 etc. — 2) *exuit* vestem seq. acc. Lev. 6, 4 etc., absol. positum id. Jes. 32, 11.

Pih. inf. פַּשֵּׁט *exuere facere*, *spoliare* 1 Sam. 31, 8 etc. — Hiph. הִפְשִׁיט; part. pl. מַפְשִׁיטִים; inf. הַפְשִׁיט; imp. הַפְשֵׁט; fut. יַפְשִׁיט, apoc. יַפְשֵׁט; 1) *vestes exuere fecit*, *exuit* aliquem, seq. acc. pers., acc. vestis, vel acc. rei et מֵעַל pers. Gen. 37, 23. Mich. 3, 3 etc. — 2) *excoriavit* victimas Lev. 1, 6 etc. — Hithp. fut. יִתְפַּשֵּׁט *exuet se veste* 1 Sam. 18, 4.

פִּשַׁע f. פִּשְׁעַת; part. act. פֹּשֵׁעַ, pl. פֹּשְׁעִים; inf. absol. פָּשׁוֹעַ; constr. פְּשׁוֹעַ; fut. יִפְשַׁע; 1) pr. *fregit*, *rupit* fœdus cum aliquo (gall. *rompre avec quelqu'un*), *defecit* ab illo, *rebellavit* in eum seq. בְּ 2 Reg. 1, 1 etc., seq. מִתַּחַת 2 Reg. 8, 20, 22. Spec. à Deo, hinc — 2) *peccavit* Prov. 28, 21, seq. עַל Hos. 8, 1. Part. *peccator* Jes. 1, 28 etc. — Niph. part. נִפְשָׁע אָח forsan *fratres à se invicem deficientes* Prov. 18, 19; ita interpr. Chald., sed LXX Vulgat. Syr. Arab. *frater qui adjuvatur à fratre*. — Indè

פֶּשַׁע m. suff. פִּשְׁעֵכֶם; pl. פְּשָׁעִים; constr. פִּשְׁעֵי; 1) *defectio*, *rebellio* Prov. 28, 2. — 2) *delictum* Gen. 31, 36. 50, 17, maximè *peccatum* in Deum

Ps. 32, 1 etc. graviùs quam חַטָּאת esse innuitur Amos 1, 3, 6. Prov. 10, 12, imprimis Job 34, 37. — 3) meton. *sacrificium pro peccato* Mich. 6, 7.

פֶּשֶׁר m. *explicatio, interpretatio* Eccl. 8, 1. — Rad. פשר *interpretatus est* ut vicin. פָּתַר et chald. פְּשַׁר.

פִּשְׁתָּה m. et פִּשְׁתָּה; f. suff. פִּשְׁתִּי; pl. פִּשְׁתִּים; 1) *linum* Ex. 9, 31 etc. פִּשְׁתֵּי הָעֵץ *lina ligni* i. e. lina cum ligno, caule suo Jos. 2, 6, maximè verò *gossypia*. Optimè LXX, Vulgat. et Syr. *stipulæ lini*. — 2) *ellychnium* Jes. 42, 3. 43, 17. — Etymon latet.

פַּת f. suff. פִּתִּי; pl. פִּתִּים; *frustulum, buccella* Gen. 18, 5. Prov. 23, 8 etc. — Rad. פָּתַת.

פַּתְח m. pr. forsan *interstitium*, hinc *pudendum muliebre*; suff. f. פִּתְחָן Jes. 3, 17; pl. פִּתְחוֹת *cardines femineæ* 1 Reg. 7, 50. — Rad. פוּת in arab. 6ª conjug. *à se invicem distare*.

פִּתְאִים vid. פֶּתִי.

פִּתְאֹם (conf. vicin. פֶּתַע) pr. *momentum repentinum, subitum*, it. adv. *repentè, subitò* Num. 6, 9. Jos. 10, 9 etc. — Rad. פתא, sed etymon latet.

פַּתְבָּג m. constr. פִּתְבַּג suff. פִּתְבָּגוֹ; vox pers. *cibus delicatus, cupediæ* Dan. 1, 5 etc.

פִּתְגָם m. constr. פִּתְגַם; *sententia, edictum* Eccl. 8, 11. Esth. 1, 20.

פָּתָה undè part. act. פֹּתֶה, f. פּוֹתָה; fut. יִפְתֶּה, conv. וַיִּפְתְּ; 1) ut vicin. פָּתַח *pandit, aperuit* labia, de garrulo Prov. 20, 19. — 2) intrans. *apertus est*, metaph. *animi aperti et ingenui fuit*, hinc *pellectus, deceptus est* Deut. 11, 16. Job 31, 27. Part. *simplex, stolius, stolida* Hos. 7, 11. Job 5, 2. — Niph. נִפְתֶּה; fut. אֶפָּתֶה undè conv. וָאֶפָּת; *persuaderi sibi passus est* Jer. 20, 7, in malam partem Job 31, 9.

Pih. פִּתָּה; part. מְפַתֶּה undè cum suff. mutato ה in י מְפַתַּיִךְ, aliis est plur.; inf. cum suff. פַּתֹּתֵךְ imp. f. פַּתִּי; fut. יְפַתֶּה; *persuasit* alicui Jer. 20, 7 etc., hinc *pellexit, seduxit* Ex. 22, 15 Prov. 1, 10 etc., it. *decepit* Prov. 78, 36. Ps. 24, 28. — Puh. fut. יְפֻתֶּה *persuaderi sibi patietur* Prov. 25, 15, *decipi se patietur* Eze. 14, 9 etc. — Hiph. fut. יַפְתַּח undè apoc. יִפְתְּ *patere faciat, dilatet* Gen. 9, 27. — Deriv. פְּתַיוּת, פֶּתִי.

פְּתוּאֵל n. pr. viri Joël 1, 1.

פִּתּוּחַ m. suff. פִּתֻּחָה; pl. פִּתּוּחִים; constr. פִּתּוּחֵי; *sculptura, cælatura* Ex 28, 11. Zach. 3, 9. — Rad. פָּתַח.

פְּתוֹם n. pr. oppidi ad Euphratem Num. 22, 5. Deut. 23, 5.

פְּתוֹת m. *frustum*; pl. constr. פִּתּוֹתֵי Eze. 13, 19. — Rad. פָּתַת.

פָּתַח; part. act. פּוֹתֵחַ; pass. פָּתוּחַ, f. פְּתוּחָה et פְּתֻחוֹת; inf. absol. פָּתֹחַ, constr. פִּתְחַ, suff. פִּתְחִי; imp. פְּתַח; fut. יִפְתַּח; 1) ut vicin. פָּתָה *aperuit* Jud. 3, 25. Neh. 8, 4 etc. *Aperuit os* i. e. *loqui cœpit* Job 3, 1, vel *locutus est* 33, 2. Prov. 31, 26. *Januas cœli aperuit* i. e. pluviam demisit Ps. 78, 23. *Manum suam aperuit* i. e. *liberalis, beneficus fuit* Deut. 15, 8, 11. *Aperuit frumentum* i. e. cellis frumentariis

apertis frumentum vendidit Amos 8, 5. *Aperuit aurem alicui* i. e. revelavit, manifestavit ei Jes. 50, 5. — 2) *solvit* gladium i. e. strinxit Eze. 21, 33 etc., captivum Jes. 14, 17. — 3) *incepit, exorsus est* Ps. 49, 5. — Niph. נִפְתַּח; part. נִפְתָּח; infin. הִפָּתֵחַ; fut. fut. יִפָּתַח et יִפָּתֵחַ; 1) *apertus est* Gen. 7, 11 etc. — 2) *solutus est* Jes. 27, *liberatus est* Job 12, 14.

Pih. פִּתַּח et פִּתֵּח; part. מְפַתֵּחַ; inf. פַּתֵּחַ; fut. יְפַתֵּחַ; 1) *aperuit* Job 41, 6, et *aperuit se* Cant. 7, 13. — 2) *solvit* Jes. 20, 2. Job 30, 11 etc. — 3) *sulcavit* pr. aperuit aratro terram Jes. 28, 24. — 4) *sculpsit, insculpsit* Ex. 28, 36: 1 Reg. 7, 36. — Puh. part. pl. f. מְפֻתָּחוֹת *sculptæ* Ex. 36, 9.

Hithp. imp. הִתְפַּתְּחִי *solve tibi* vincula Jes. 52, 2. — Deriv. פִּתּוּחַ, פְּתִיחָה, מִפְתָּח, מַפְתֵּחַ et seq.

פֶּתַח m. suff. פִּתְחוֹ; pl. פְּתָחִים; constr. פִּתְחֵי; pr. *apertio, apertura:* Gen. 38, 14: בְּפֶתַח עֵינַיִם * *in apertione occulorum* (*ouvre-yeux*) i. e. in loco insigni, conspicuo in quem transeuntes oculos intendunt. Conf. quæ notavimus in *Le Pentat. avec une traduct. franç.* etc., Genèse, pag. 242. Spec. *ostium, janua et porta* urbis Jos. 20, 4: 1 Reg. 6, 8. Jes. 3, 26. Acc. פֶּתַח et cum ה locali פֶּתְחָה *ad januam* Gen. 18, 1. 19, 6. Metaph. *ostia oris* Prov. 8, 34, *porta spei* Hos. 2, 17.

פֵּתַח m. *declaratio, expositio, institutio aperta* Ps. 119, 130.

פִּתְחוֹן m. *apertio oris;* constr. פִּתְחוֹן Eze. 16, 63. 19, 21.

פְּתַחְיָה n. pr. viror. Esr. 10, 23 etc.

פִּתִּי m. in pausâ פֶּתִי; pl. פְּתָיִים et פְּתָאִים vel פְּתָאִים; 1) *simplicitas, fatuitas* Prov. 1, 22. — 2) concr. *simplex, persuasu facilis* Ps. 116, 6. Prov. 7, 7 etc., spec. *credulus* Prov. 14, 15, *imperitus* Ps. 19, 8. — Rad. פָּתָה.

פְּתִיגִיל m. forsan *zona, cingulum* Jes. 3, 24; opponitur enim מַחֲגֹרֶת שָׂק *cinctura cilicii;* al. *pallium amplum* LXX χιτὼν-μεσοπόρφυρος. Vulgat. *fascia pectoralis.* — Al. conflatum putant ex chald. פְּתַג *linum et* פְּתִיל *filum;* al. ex פִּתִּי ut in chald. פְּתִי *amplitudo* et ex chald. גְּוָלָא *pallium.*

פְּתָיוּת f. *fatuitas, stoliditas* Prov. 9, 13. — Rad. פָּתָה.

פְּתִיחָה f. undè pl. פְּתִיחוֹת *gladii stricti* Ps. 55, 22. — Rad. פָּתַח.

פָּתִיל m. constr. פְּתִיל; pl. פְּתִילִים; suff. פְּתִילֵךְ pro פְּתִילֵיךְ; *filum, funiculus* Num. 19, 15 etc., spec. cui alligatus erat annulus signatorius Gen. 38, 18, 25. — Rad. פָּתַל.

פָּתַל ut in arab. et æthiop. *torsit, contorsit.* — Niph. נִפְתַּל; part. pl. נִפְתָּלִים; 1) *contortus,* trop. *versutus dolosus fuit* Job 5, 13. Prov. 8, 8. — 2) *luctatus est* Gen. 30, 8. — Hithp. fut. תִּתְפַּתַּל, *contortum, tortuosum te exhibes* Ps. 18, 27, pro quo תִּתְפַּל legitur 2 Sam. 22, 27. — Deriv. פְּתִיל, נַפְתּוּלִים et

פְּתַלְתֹּל m. *perversus* Deut. 32, 5.

פִּתֹם n. pr. urbis Ægypti Ex. 1, 11

פֶּתֶן m. pl. פְּתָנִים; *vipera, aspis* Jes. 11, 8 etc. — Rad. פָּתַן.

פֶּתַע m. ut vicin. פֶּתְאֹם *momentum*

minutissimum temporis, hinc adv. *momento* i. e. *subitò*, *repentè* Num. 35, 22 etc. — Rad. פתע.

פָּתַר; part. act. פּוֹתֵר; infin. פְּתֹר; fut. יִפְתַּר ut vicin. chald. *interpretatus est* Gen. 40, 22 etc. — Indè.

פִּתָּרוֹן m. pl. פִּתָּרֹנִים; *interpretatio* Gen. 40, 5. 41, 8 etc.

פַּתְרוֹס n. pr. regionis quæ modò distinguitur ab Ægypto Jes. 11, 11. Eze. 29, 14, mox ejus pars esse perhibetur Jer. 44, 1, 15. Eze. 30, 14. Nom. gent. פַּתְרֻסִים Gen. 10, 14.

פַּתְשֶׂגֶן vid. פַּרְשֶׂגֶן.

פָּתַת *fregit* ut in arab. et æthiop. inf. absol. פָּתוֹת Lev. 2, 6. — Deriv. פַּת, פְּתוֹת.

צ

צ duodevigesima alphabeti littera hebraicè צָדִי *Tsâdê* sonans; in numeralibus valet *nonaginta*. — Permutatur cum ט, ץ, rariùs, cum ד, ז, ס, ג, ש, כ.

צֵאָה f. (pro יְצֵאָה) constr. צֵאַת; *stercus*, *excrementa* Deut. 23, 13. Eze. 4, 12. — Rad. יצא.

צָאֲלִים pl. m. Job 40, 21, 22 quidam ex usu arab. *loti sylvestres*, sed al. dictum putant ex aramaïsmo pro צְלָלִים *umbræ* i. e. umbrosæ arbores (collat. מָכָךְ cum aram. מְאָךְ; מָסָס cum aram. מְאָס etc.). Ità Vulgat. et Syr. — Rad. צאל in arab. *tenuis*, *exilis fuit*.

צאן et Ps. 144, 13 in Chethib צאון (ex syrismo pro צְאוֹן, צֹאן) c. suff. צאנְכֶם; nom. collect. *pecus parvum*, *oves et capræ* Gen. 4, 2. Jer. 50, 6 etc. De *ovibus* tantùm 1 Sam. 25, 2. — Etymon latet.

צַאֲנָן n. pr. oppidi in tribu Judâ Mich. 1, 11, forsàn i. q. צְנָן Jos. 15, 37.

צֶאֱצָאִים pl. m. constr. צֶאֱצָאֵי; *propagines*, *germina* terræ Jes. 42, 5 etc.; metaph. *prognati*, *liberi*, *posteri* Jes. 22, 24. Job 5, 25 etc. — Rad. יצא.

צֶב m. pl. צֳבִים; 1) *lectica*, *cameratum* Jes. 66, 20. Num. 7, 3: אֲגָלֹת צֶב *currus lecticæ* i. e. lecticis similes, *vehicula camerata* — 2) *lacertæ* species, *testudo* juxta multos Lev. 11, 29. — Rad. צבב forsan ut vicin. דָּבַב q. v.

צָבָא; part. act. pl. צֹבְאִים, f. צֹבְאוֹת; inf. constr. צְבָא; fut. יִצְבָּא; ut vicin. צָבָה *prodiit in aciem*, *bellum intulit* Num. 31, 7. Jes. 29, 7 etc., it. *convenit ad ministerium sacrum obeundum* Num. 4, 23 etc. — Hiph. part. מַצְבִּיא *militare faciens* i. e. conscribens milites, vel eos exercens 2 Reg. 25, 19. Jer. 52, 25. — Indè

צָבָא c. constr. צְבָא; pl. cum suff. צְבָאָיו et צִבְאָו; f. צְבָאוֹת; constr. צִבְאוֹת; 1) *exercitus* Gen. 21, 22. Num. 31, 53 etc. it. de exercitu sacro Levitarum Num. 4, 23 etc., angelorum 1 Reg. 22, 19, siderum Jes. 34, 4, aliarum creaturarum Gen. 2, 1. — 2) meton. *militia*, hinc *conditio misera*, *molesta*, *laboriosa* Jes. 40, 2. Job 7, 1 etc. — Alia vid. in. צְבִי. — Etymon latet.

צָבִים, צְבִיִּים et צְבָאִים n. pr. op-

pidi in valle Siddim Gen. 10, 19. Deut. 29, 2 etc.

צְבֹיָה cum art. הַצְּבֹיָה n. pr. mul. 1 Par. 4, 8.

צָבָה; part. pl. cum suff. צֹבֶיהָ; ut vicin. צָבָא prodiit in *aciem, bellum gessit* Jes. 29, 7. — 2) *splenduit.* — 3) ut in arab. *prominuit* hinc *tumuit* venter Num. 5, 27. — Hiph. inf. constr. cum præf. לְהַצְבוֹת, pro לְהַצְבוֹת *ad tumefaciendum* Num. 5, 22. — Deriv. צְבִי, צְבִיָּה et

צֹבֶה m. *tumens*; f. צַבָּה Num. 5, 2.

צָבוּעַ m. *hyæna* Jer. 12, 9. — Rad. צבע in arab. *rapuit* fera.

צָבַט undè fut. יִצְבַּט; *porriget* Ruth 2, 14.

צְבִי m. in pausâ צֵבִי, pl. צְבִיִּם, צְבָיִים, צְבָאִים et fem. צְבָאוֹת, undè constr. צִבְאוֹת; 1) *splendor, decus, pulchritudo* Jes. 4, 2. Dan. 11. 16 etc. — 2) *dorcas* à pulchritudine et eleganti formâ Deut. 12, 15. Jes. 13, 14 etc. Hebræi haud secùs ac Arabes dorcadi comparabant quidquid pulchrum est atque venustum. — Rad. צָבָה.

צְבִיא n. pr. viri 1 Par. 8, 9.

צְבִיָּה f. *dorcas femina* Cant. 4, 5. 7, 14. — Rad. צָבָה.

צִבְיָה n. pr. mul. 2 Reg. 12, 2.

צְבִיִּים vid. צְבָאִים.

צֶבַע m. pl. צְבָאִים; *tinctum, coloratum* Jud. 5, 30. — Rad. צבע ut in chald. syr. et arab. *intinxit* et *colore imbuit.*

צִבְעוֹן n. pr. viri Gen. 36, 2 etc.

צְבֹעִים n. pr. vallis cum oppido cognomine in tribu Benjamin 1 Sam. 13, 18 etc.

צָבַר undè fut. יִצְבֹּר *congeret, coacervabit* Gen. 41, 35 etc. — Indè

צְבָרִים pl. m. *acervi* 2 Reg. 10, 8.

צֶבֶת vel צֹבֶת m. undè pl. צְבָתִים *manipuli* Ruth 2, 16. — Rad. צבת in chald. *colligavit.*

צַד m. suff. צָדּוֹ; pl. צְדִים, constr. צְדֵי; suff. צְדָיו; 1) *latus* Deut. 31, 26 etc. Cum ה locali צְדָה *ad latus* 1 Sam. 20, 20. — 2) *adversarius* Jud. 2, 3. — Rad. צדד in arab. *avertit se* ab aliquo, *latus* ei *obvertit*, et in 3â conjug. *opposuit se* alicui, *repugnavit* ei.

צֶדֶד sive צְדַדָה n. pr. oppidi in Palæstinâ Num. 34, 8 etc.

צָדָה; part. act. צָדֶה; ut vicin. צוּד *insidiatus est* seq. acc. *alicui* Ex. 12, 13: 1 Sam. 24, 12. — Niph. נִצְדָּה ex usu chaldaïc. et syriac. *vastatus, desolatus est* Soph. 3, 6. — Indè צְדִיָּה.

צָדֶה vid. צֵידָה.

צָדוֹק n. pr. viror. Neh. 3, 4 etc.

צְדִיָּה f. *insidiæ*, al. *studium* Num. 35, 20, 22. — Rad. צָדָה.

צַדִּים cum art. הַצַּדִּים n. pr. oppidi in tribu Nephtali Jos. 19, 35.

צַדִּיק m. plur. צַדִּיקִים et defectè צַדִּיקֵם; 1) *justus*, qui suum cuique tribuit Deut. 32, 4 etc. — 2) *qui justam causam habet* in causâ forensi Ex. 9, 27. Prov. 18, 17, it. in assertione, undè adv. *rectè, verè* Job 41, 26. — 3) *probus, integer, vertutis pietatisque cultor* Gen. 6, 9. Ps. 5, 13 etc. — 4) *immunis à peccato* Eccl. 7, 20. — Rad. צָדַק.

צָדַק; fut. יִצְדַּק; pr. *rectus fuit,*

hinc 1) *justus fuit* Ps. 19, 10, 51, 6; sensu forensi Gen. 38, 26. Job 9, 15 etc.; indè *causam obtinuit* Jes. 45, 25. — 2) *rectus, probus fuit* Ps. 143, 2. Job 9, 2 etc.; *probus declaratus est* Eze. 16, 52. — Niph. נִצְדַּק *justificatus est* Dan. 8, 14. — Pih. צִדֵּק; infin. צַדֵּק, f. cum suff. צַדֶּקְתֵּךְ, fut. יְצַדֵּק; 1) *justificavit* Jer. 3, 11. Eze. 16, 51. — 2) *justum, insontem declaravit* Job 32, 2. 33, 32.

Hiph. הִצְדִּיק: part. מַצְדִּיק; inf. et imp. הַצְדִּיק; fut. יַצְדִּיק; 1) *justum, probum reddidit*, seq. acc. Dan. 12, 3, seq. לְ Jes. 53, 11. — 2) *justum declaravit* i. e. — a) *absolvit* eum judex Ex. 23, 7. Jes. 5, 23, *fecit ut vinceret causa* alicujus Jes. 50, 8. — b) *declaravit* aliquem *verum dixisse, probavit sententiam* ejus Job 27, 5. — Hithp. fut. נִצְטַדַּק (pro נִתְצַדַּק) *justificabimus nos* Gen. 44, 16. — Deriv. צֶדֶק et seq.

צֶדֶק m. suff. צִדְקוֹ; 1) *rectitudo* physica Ps. 23, 3. — 2) moralis, *justum, rectum, jus fasque* Jes. 64, 4. Ps. 15, 2 etc., it. *verum* Jes. 45, 19. Ps. 52, 5. — 3) *justitia* Lev. 19, 15. Ps. 9, 9. — 4) *probitas, integritas* Jes. 1, 21. Ps. 17, 15. — 5) *salus* utpotè integritatis et justitiæ præmium Jes. 41, 2. Jer. 33, 16. Dan. 9, 24 etc.

צְדָקָה f. constr. צִדְקַת; pl. צְדָקוֹת; constr. צִדְקוֹת; 1) *rectum, jus* 2 Sam. 19, 29. Jes. 53, 15. — 2) *justitia* Jes. 5, 16. 9, 6. 59, 16. — 3) *probitas, virtus* Deut. 6, 25. Jes. 5, 7. — 4) *benignitas, liberalitas, elemosyna*, ut passim LXX Ps. 11, 4. 24, 5. Prov. 10, 2. — 5) *salus* Jes. 45, 8. 46, 13 etc.

צִדְקִיָּה et צִדְקִיָּהוּ n. pr. viror. 2 Reg. 24, 17 etc.

צָהַב undè Hoph. part. מְצֻהָב *splendens, fulgens* ut aurum (collat. vicin. זָהָב) Esr. 8, 27. — Indè

צָהֹב m. *flavus* Lev. 13, 30 seq.

צָהַל; imp. f. צַהֲלִי; fut. יְצַהֵל; 1) ut vicin. זָהַר, צָהַר *splenduit*. — 2) *acutam et claram vocem edidit* (conf. צָלַל) undè *hinnivit* equus Jer. 5, 8; de homine *altâ voce clamavit*, vel præ tristitiâ, indè *ejulavit* Jes. 10, 30, vel præ lætitiâ, hinc *jubilavit* Jes. 12, 6. Esth. 8, 5 etc.

Pih. imp. f. צַהֲלִי קוֹלֵךְ *acutam fac vocem tuam, altâ voce clama* Jes. 10, 30. Al. tamen referunt ad Kal. — Hiph. inf. הַצְהִיל *splendidum reddere vultum* i. e. exhilarare Ps. 104, 15. — Deriv. מְצָהֲלָה.

צָהַר ut vicin. זָהַר, טָהַר *splenduit*. — Deriv. צֹהַר, יִצְהָר.

Hiph. הִצְהִיר, denom. ab יִצְהָר *oleum expressit*; fut. יַצְהִיר Job 24, 11.

צֹהַר m. *lumen*. Gen. 6, 16: צֹהַר תַּעֲשֶׂה לַתֵּבָה *lumen facies arcæ* i. e. fenestras. Ità vulgò, sed forsan צֹהַר valet *diminutio, contractio* (conf. vicin. צָעַר), et sensus est: *contractionem facies arcæ* construendo eam ità ut supernè in unum cubitum desinat. Haud secùs LXX qui habent: ἐπισυνάγων τετήσεις τὴν κιβωτόν. Vid. quæ adnotavimus in *Le Pentateuque avec une traduction française etc.* Genèse, pag. 35, 44. — Dual. צָהֳרַיִם 1) *gemina*

lux, *meridies* Gen. 43, 16. Deut. 28, 29 etc. Jer. 6, 4 : *ascendamus* in hostes *meridiè* i. e. sine mora vel subitò; hoc enim diei tempore rarò impetum faciebant. — 2) metaph. *summa felicitas* Ps. 37, 6. Job 11, 17.

צַו et צָו m. *præceptum* Hos. 5, 11; undè Jes. 28, 10, 13 : *præceptum super præceptum*, *præceptum super præceptum* i. e. præceptum præcepto additur, præceptis perpetuis fatigamur. Vulgat. *manda*, *remanda*, *manda*, *remanda;* et tunc sensus esse videtur: manda, increpa, minare, Propheta, parùm curamus, minas non timemus. — Rad. צָוָה.

צוֹא m. sordidus; pl. צוֹאִים Zach. 3, 3, 4. — Rad. צוא ut vicin. syr. צַאֵא *fœdavit;* sed primaria rad. יָצָא esse videtur.

צוֹאָה f. constr. צֹאַת; suff. צֹאָתוֹ; *excrementa* Jes. 36, 12 etc. in Keri, hinc *sordes* Jes. 28, 8. Trop. de sordibus peccati Jes. 4, 4. Prov. 30, 12. — Rad. יָצָא.

צַוָּאר m. constr. צַוַּאר; suff. צַוָּארֵנוּ sed Neh. 3, 5 צַוָּרָם; plur. צַוָּארִים; constr. צַוְּארֵי; suff. צַוָּארָיו; plur. f. צַוָּארוֹת unde cum suff. צַוְּארֹתֵיכֶם; *collum* cum *cervicibus*. Signif. *collum* Gen. 41, 42. Jes. 8, 8 etc. Sed ubi dicitur vel insistere, ut Thren. 5, 5 etc. vel jugum imponi, decuti, ut Deut. 28, 48. Jes. 10, 27 etc. *cervices* intelligendæ sunt. Plur. *colla*, *cervices* sæpiùs singulariter usurpantur Gen. 27, 16 etc. — Etymon latet.

צוֹבָא et צוֹבָה n. pr. civitatis in Syriâ 1 Sam. 14, 4 etc., plenè אֲרַם צוֹבָה 2 10, 6. Ps. 60, 2.

צוּד præt, et part. צָד; inf. absol. צוֹד; constr. et imp. צוּד; fut. יָצוּד; ut vicin. צָדָה *insidiari*, spec. 1) *venari* feras Gen. 27, 3 etc. — 2) *aucupari* Lev. 17, 13; metaph. Mich. 7, 2. Thren. 3, 52. — Pihl. צוֹדֵד undè part. pl. f. מְצֹדְדוֹת; inf. צוֹדֵד; fut. יְצוֹדֵד; *insidiatus est* Eze. 13, 18, 20. — Hithp. הִצְטַיֵּד denom. à צַיִד (pro הִתְצַיֵּד); *commeatu se instruxit*, *viaticum sumpsit* Jos. 9, 12. — Deriv. צַיִד, צַיָּד, מְצָד, מָצוֹד, מָצוּד, מְצוּדָה, מְצוֹדָה.

צָוָה pr. forsan *posuit*, *statuit*, undè צִיּוּן. — Pih. צִוָּה; 1 pers. צִוִּיתִי et צִוֵּיתִי; part. מְצַוֶּה, constr. מְצַוֵּה; f. מְצַוָּה; inf. צַוֹּת; imp. צַוֵּה, apoc. צַו; fut. יְצַוֶּה, conv. וַיְצַו; 1) *constituit* aliquem super aliquâ re, *præfecit* rei, seq. acc. pers. et עַל rei 1 Sam. 13, 14. Neh. 5, 14; seq. acc. rei *constituit*, *decrevit*, *imperavit*, *existere jussit* Deut. 28, 8. Jes. 45, 12 etc. — 2) *jussit*, *præcepit*, seq. acc. pers. interdùm עַל, אֶל, לְ, et dupl. acc. Gen. 26, 11. Ex, 1, 22. 25, 22. Passim sine adjectâ mandati mentione, seq. acc. pers. *mandata dedit*, *delegavit* aliquem *cum mandatis* Jer. 14, 14. Esth. 4, 5 etc. — Puh. צֻוָּה; fut. יְצֻוֶּה; *jussus est* Ex. 12, 6. Lev. 8, 35. — Deriv. צַו, צִיּוּן, מִצְוָה.

צָוַח *clamavit*, *vociferatus est;* fut. יִצְוָח Jes. 42, 11. — Indè

צְוָחָה f. constr. צִוְחַת; *clamor* Jes. 24, 11. Jer. 14, 2.

צוּלָה f. *profundum maris*, *abyssus*

Jes. 44, 27. — Rad. צול conf. vicin. צָלַל.

צוּם præt. et part. act. צָם; inf. absol. צוֹם; constr. et imp. צוּם; fut. יָצוּם, conv. וַיָּצָם, in pausâ, manente tono, וַיָּצוֹם, pl. יָצֻמוּ; ut in chald. syr. et arab. *jejunare* Jud. 20, 26. Zach. 7, 5: צַמְתֻּנִי *jejunastis mihi* pro צַמְתֶּם לִי. — Indè

צוֹם m. suff. צֹמְכֶם; pl. f. צוֹמוֹת; 2 Sam. 12, 16. Esth. 9, 31.

צוּעָר n. pr. viri Num. 1, 8 etc.

צוּף *effluere*, *exundare*, seq. עַל *obruere* undè præt. צָף Thren. 3, 54. — Hiph. הֵצִיף; fut conv. וַיָּצֶף; *redundare fecit* Deut. 11, 4, it. *natare fecit* 2 Reg. 6, 6. — Derivat. צָפָה, צַפְצָפָה et

צוּף m. pl. צוּפִים; 1) *favus* mellis Ps. 19, 11. Prov. 16, 24. — 2) n. pr. viri 1 Sam. 1, 1; pro quo צִיף 1 Par. 6, 20 in Keri et סוֹפַי 1 Par. 6, 11.

צוֹפַר n. pr. viri Job 2, 11 etc.

צוּץ et צִיץ præt. צָץ. -Hiph. part. מֵצִיץ; fut. יָצִיץ, conv. וַיָּצֶץ; ut vicin. נוּץ, נָצַץ; 1) *micuit*, *splenduit* Ps. 132, 18, hinc *promicuit* i. e. furtim prospexit Cant. 2, 9. —2) *floruit* Num. 17, 23. Ps. 72, 16, metaph. Eze. 7, 10. Ps. 92, 8. — Deriv. צִיץ, צִיצָה, צִיצַת.

צוּק præt. pl. cum נ parag. צָקוּן; fut. יָצוּק; 1) ut vicin. עוּק *angustum*, *arctum*, *coarctum esse*. — 2) ut vicin. יָצַק *fundere* Job 28, 2. 29, 6, metaph. *fundere preces* Jes. 26, 16. Hiph. הֵצִיק; part. מֵצִיק, pl. מְצִיקִים; fut. יָצִיק; 1) *arctavit*, *coarctavit*, *pressit* aliquem, seq. לְ et acc. Deut. 28, 53 etc., spec. *obsidione pressit* urbem Jes. 29, 7. — 2) *ursit*, *institit* precibus seq. acc. et לְ pers. Jud. 14. 17. 16, 16.—Deriv. מָצוּק, מָצוֹק, מְצוּקָה, מוּצָק, מוּצַק et seq.

צוֹק m. *angustiæ* Dan. 9, 25.

צוּקָה f. id. Jes. 30, 6 etc.

צוֹר et צֹר n. pr. *Tyrus*, urbs celeberrima 2 Sam. 5, 11 etc. Nom. gent. צֹרִי *Tyrius* 1 Reg. 7, 14. Esr. 3, 7.

צוּר præt. צָר; part. pl. צָרִים; inf. constr. et imp. צוּר; fut. יָצוּר, conv. וַיָּצַר; pl. יָצוּרוּ et יָצֻרוּ; ut vicin. צָרַר *coarctare*, *premere*, *comprimere*, hinc 1) *colligare* in sarcinam, volumen Deut. 14, 25: 2 Reg. 5, 23. 12, 11. — 2) *obsidione premere*, *obsidere* vel urbem, seq. acc. sæpiùs עַל, אֶל Deut. 20, 19; 1 Par. 20, 1 etc.; absol. Jes. 21, 2, vel aliquem in urbe 1 Sam. 23, 8: 2 Sam. 20, 15. Metaph. Ps. 139, 5.— 3) *urgere*, *insistere* alicui in persequendo (*poursuivre sans relâche*) Ex. 23, 22. Deut. 2, 9. Esth. 8, 11, it. *concitare* aliquem Jud. 9, 31; hùc forsan spectat Jes. 29, 3: *concitavi* (צַרְתִּי) *contra te stationes militum*. — 4) ut in arab. *secare*, undè צוּר *acies*. — 5) ut cognat. יָצַר *fingere* Ex. 32, 4: 1 Reg. 7, 15 et Jer. 1, 5 in Chethib. — Deriv. צָר, צֵר, צִיר, צַוָּאר, צֹר, מָצוֹר, מְצוּרָה et seq.

צוּר m. suff. צוּרִי; pl. צֻרִים, f. צוּרוֹת; 1) *lapis*, *silex* Jes. 8, 14. Job 22, 24. — 2) *rupes* Job 18, 4 etc., metaph. *refugium* et *præsidium* de

Deo Deut. 32, 27. Ps. 18, 3 etc. Aliâ metaph. à lapicidinis deductâ, *conditor* gentis Jes. 51, 1. Job 28, 10. — 3) *acies* gladii Ps. 89, 44, hinc חַרְבוֹת צְרִים *cultri acierum* i. e. *acuti* Jos. 5, 2, 3, conf. צֹר Ex. 4, 25; ità Chald. sed LXX, Vulgat. Syr. et Arab. *cultri lapidei* quibus in castrando et circumcidendo utebantur veteres Orientales. — 4) *forma* Ps. 49, 15 in Keri. — 5) n. pr. viror. Num. 25, 15 etc.

צַוָּר vid. צַוָּאר.

צוּרָה f. undè constr. צוּרַת; pl. cum suff. צוּרֹתָו; *forma* Eze. 43, 11.

צַוָּרוֹן m. undè pl. cum suff. f. צוּרֹנַיִךְ *collula tua* Cant. 4, 9.

צוּרִיאֵל n. pr. viri Num. 3, 35.

צוּרִישַׁדַּי n. pr. viri Num. 1, 16.

צוּת ut vicin. יָצַת *incendi, accendi.* —Hiph. הֵצִית undè fut. cum suff. et נ epenth. אֲצִיתֶנָּה *incendam eam* Jes. 27, 4.

צַח m. f. צַחָה undè pl. צַחוֹת; 1) *candidus, nitidus, serenus* Cant. 5, 10. Jes. 18, 4, metaph. *clarus, perspicuus* de verbis Jes. 32, 4. — 2) ex usu syr. *calidus, æstuans* Jer. 4, 11. —Rad. צָחַח.

צִחָא n. pr. viri Esr. 2, 43 etc.

צִחֶה m. *aridus;* constr. צִחֵה Jes. 5, 13. — Rad. צחה ut chald. et syr. צְחָא *sitivit* locus aridus.

צָחַח undè pl. צַחוּ; 1) *candidus, nitidus fuit* Thren. 4, 7. — 2) *aridus fuit.* — Deriv. צַח, צַחְצָחוֹת et seq.

צְחִיחַ m. *aridus* Eze. 24, 7 etc.

צְחִיחָה f. *regio arida* Ps. 68, 7.

צְחִיחִי m. undè pl. צְחִיחִיִּים id. Neh. 4, 7, sed in Keri צְחִיחִים.

צַחֲנָה f. *fætor, putor;* suff. צַחֲנָתוֹ Joël 2, 20. — Rad. צחן ut cognat. זָנַח *fœtuit.*

צַחְצָחוֹת pl. f. *loca arida* Jes. 58, 11. — Rad. צָחַח.

צָחַק; fut. יִצְחַק et יִצְחַק; ut cognat. שָׂחַק *risit* Gen. 18, 12. 13, 15, seq. לְ pers. *irrisit aliquem* 21, 6. — Pih. צִחֵק undè part. מְצַחֵק; inf. צַחֵק imp. צַחֵק; fut. יְצַחֵק; pr. *identidem risit,* hinc 1) *lusit, jocatus est* Gen. 19, 14. Jud. 16, 25 etc. — 2) *ludibrio habuit* aliquem Gen. 21, 9, seq. בְּ *contumeliâ affecit* Gen. 39, 14, 17. — Indè

צְחֹק m. *risus* Gen. 21, 6.

צַחַר m. *candor* lanæ Eze. 27, 18. —Rad. צחר ferè ut vicin. צָהַר, טָהַר.

צָחֹר m. undè f. pl. צְחֹרוֹת *candidæ* asinæ i. e. forsan subrufæ, sed maculis candidis respersæ; prorsùs enim candidæ non reperiuntur. — Rad. eadem

צֹחַר n. pr. viror. Gen. 23, 8 etc.

צִי m. *ariditas, desertum,* undè צִיִּי q. v.

צִי m. pl. צִים et צִיִּים; *navis* Num. 24, 24. Jes. 33, 21. Dan. 11, 30. — Etymon latet.

צִיבָא n. pr. viri 2 Sam. 9, 2.

צַיִד m. constr. צֵיד; suff. צֵידוֹ; 1) *venatio* Gen. 10, 9. — 2) *fera venando capta,* et *cibus ex eâ paratus* Gen. 25, 28. 27, 5. — 3) *cibus* quivis, *commeatus* Jos. 9, 5. Ps. 132, 15 etc.—Rad. צוּד.

צַיָּד m. *venator* undè plur. צַיָּדִים

Jer. 16, 16 in Keri, sed Chethîb habet צַיָּדִים. — Rad. צוד.

צֵדָה, צֵידָה f. *cibus, commeatus* Gen. 42, 25. Ps. 78, 25. Rad. צוד.

צִידוֹן n. pr. *Sidon*, urbs Phœnicum opulentissima Gen. 10, 15 etc. Nom. gent. צִידֹנִי m. *Sidonius* f. צִדֹנִית *Sidonia* Deut. 3, 9 : 1 Reg. 11, 1.

צִיָּה f. pl. צִיּוֹת; *ariditas* Job 24, 19 etc., it. *terra arida* Ps. 78, 17 etc. — Rad. צִיָּה vel צָחָה vicin. צָחַח.

צִיּוֹן m.

צִיּוֹן n. pr. *Sion* mons in quo Jerusalem condita fuit, hinc sæpissimè pro Jerusalem ipsâ et pro incolis ipsius sumitur Jes. 2, 3. Ps. 97, 8 etc.

צִיּוּן m. pl. צִיֻּנִים; *cippus, monumentum* 2 Reg. 23, 17. Jer. 31, 21 etc. — Rad. צָוָה.

צִיִּי m. (deriom. à צִי), undè pl. צִיִּים *deserticolæ*, de hominibus Ps. 72, 9. 74, 14, de feris Jes. 13, 21. Jer. 50, 39. — Rad. צָחָה vel צִיָּה ut vicin. צָחַח.

צִין vid. צֵן.

צִינֹק m. *carcer* Jer. 29, 26. — Rad. צנק iu samar. *clausit.*

צִיעַר n. pr. oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 54.

צִיץ vid. צוץ.

צִיץ m. pl. צִצִים pro צִיצִים; 1) *lamina splendens* in fronte summi sacerdotis Ex. 28, 36 etc. — 2) *flos* 1 Reg. 6, 18. Job 14, 2. — 3) *pluma, ala* Jer. 48, 9. — 4) n. pr. oppidi 2 Par. 20, 16. — Rad. צוץ.

צִיצָה f. *flos;* constr. צִיצַת Jes. 28, 4. — Rad. צוץ.

צִיצִת (pro צִיצִית) f. *cincinnus* Eze. 8, 3, metaph. *peniculamenta, fimbria comata* Num. 15, 38, 39. — Rad. צוץ.

צִיקְלַג, צִקְלַג et צִקְלָג n. pr. oppidi in tribu Simeon Jos. 15, 31 etc.

צִיר 1) ut vicin. דוּר *in orbem ire.* — 2) forsan *ire*, conf. vicin. סוּר, זוּר. — Hithp. הִצְטַיֵּר undè fut. pl. in pausâ וַיִּצְטַיְּרוּ *et legatos se finxerunt* Jos. 9, 4; ità vulgò; al. ex usu arab. *in viam se dederunt.* Sed veteres interpr. omnes ad unum legerunt וַיִּצְטַיְּדוּ *et commeatu se instruxerunt;* quod præstare videtur. — Indè

צִיר m. pl. צִירִים; constr. צִירֵי; suff. צִירַי; 1) *cardo* januæ Prov. 26, 14. — 2) *dolores, tormina* parturientis 1 Sam. 4, 19 etc. Metaph. *terror* Dan. 10, 16. — 3) *nuntius* Prov. 13, 17. 25, 13.

צִיר m. *forma* Ps. 49, 15 in Chethîb, ubi Keri habet צוּר; it. *imago, simulachrum* idoli Jes. 45, 16. — Rad. צור.

צֵל m. suff. f. צִלָּהּ; pl. צְלָלִים; *umbra* Jud. 9, 36 etc. Metaph. de re inani, fluxâ, fugaci Ps. 102, 12 etc. it. de tutelâ et præsidio Jes. 16, 3. Ps. 17, 8.

צָלָה undè inf. constr. צְלוֹת; fut. יִצְלֶה; *assavit* 1 Sam. 2, 15. Jes. 44, 16. — Deriv. צְלִי.

צִלָּה n. pr. mul. Gen. 4, 19.

צָלוּל Jud. 7, 13 in Chethîb, ubi Keri habet צְלִיל m. forsan *tostum, placenta.* — Rad. צָלַל.

צָלַח et צָלַח imp. צְלַח; fut.

יִצְלַח ; sed Eze. 17, 15 וְיִצְלָח ; 1) *pervasit, trajecit* fluvium, seq. acc. 2 Sam. 19, 18, hinc *invasit, irruit*, seq. עַל, אֶל pers. *in aliquem* Jud. 14, 19 : 1 Sam 16, 13 etc., seq. acc. Amos 5, 6. — 2) *benè cessit, prosperum successum habuit* Jes. 53, 10. Ps. 45, 5, seq. ל *profecit, aptus fuit ad* aliquid Jer. 13, 7, 10. — 3) forsan ut vicin. syr. זְלַח *effudit, infudit.*

Hiph. הִצְלִיחַ ; part. מַצְלִיחַ ; imp. הַצְלַח, cum ה parag. הַצְלִיחָה ; fut. יַצְלִיחַ, conv. וַיַּצְלַח ; 1) trans. *successum prosperum dedit, prosperavit*, aliquem vel alicujus negotium, seq. acc. et ל Gen. 24, 21 : 2 Par. 26, 5. Neh. 1, 11. — 2) *peregit, prosperè perfecit* Deut. 8, 25 : 2 Par. 7, 11. — 3) intrans. *prospero successu usus est* 1 Reg. 22, 12, 15. Jer. 2, 37 etc. — Deriv. seq.

צַלָּחָה f. undè pl. צַלָּחוֹת *paropsides* 2 Par. 35, 13.

צְלֹחִית f. id. 2 Reg. 2, 20.

צַלַּחַת f. id. Prov. 19, 24. 26, 15.

צָלִי m. constr. צְלִי ; *assatum* Ex. 12, 8, 9. — Rad. צָלָה.

צָלִיל vid. צָלוּל.

צָלַל pl. צָלְלוּ et צָלֲלוּ ; fut. pl. f. תִּצְלֶלְנָה et תְּצַלֶּלְנָה ; 1) ut in syr. et arab. *tinnivit* auris 1 Sam. 3, 11 : 2 Reg. 21, 12 ; de labiis præ tremore collidentibus Hab. 3, 16. — 2) mersus, demersus est Ex. 15, 10 ; conf. arab. צلل (dhalla) *periit, latuit, disparuit.* — 3) ut vicin. טָלַל *obumbratus est* Neh. 13, 19. — Hiph. part. מֵצַל pro מֵצֵל *obumbrans* Eze. 31. 3. — Deriv. צֵל, צְלוּל, צְלִיל, צַלְמָוֶת, מִצְלָה, צַלְצָל et

צֵלֶל m. undè cum suff. צְלָלוֹ ; pl. צְלָלִים, constr. צַלְלֵי ; *umbra* Jer. 6, 4. Cant. 2, 17 etc.

צְלֶלְפּוֹנִי n. pr. viri 1 Par. 4, 3.

צֶלֶם m. suff. צַלְמוֹ ; pl. צְלָמִים undè constr, צַלְמֵי ; suff. צַלְמֵיו ; 1) *imago*, Gen. 1, 26. 5, 3. 9, 6, trop. de re inani Ps. 39, 7. 73, 20. — 2) *simulachrum* 2 Reg. 11, 18. Ità vulgò, aliis est primariò *umbra*, dein *imago* ab umbrando dicta ; quibusdam pr. *forma, typus* juxta quem aliquis rem *effingit, format* aut concipit. Ubi ergò dicitur hominem creatum fuisse בְּצֶלֶם אֱלֹהִים, intelligendum est *ad formam, typum* quem de ipso Deus concepit. Ex hâc primariâ signif. fluit *imaginis* vel *umbræ* secundaria notio. Quam sententiam aliis præfero. — Rad. צלם in chald. et syr. *finxit, figuravit.*

צַלְמוֹן n. pr. 1) montis in Samariâ Jud. 9, 48 etc. — 2) viri 2 Sam. 23, 28.

צַלְמֹנָה n. pr. stationis Israëlit. in deserto Num. 33, 41.

צַלְמָוֶת f. *umbra lethalis* (comp. ex צֵל et מָוֶת), poët. pro *tenebris densissimis* Jes. 9, 1. Job 3, 5 etc.

צַלְמֹנַע n. pr. viri Jud. 8, 5 etc.

צָלַע *inclinavit se in unum latus, claudicavit* (forsan denom. à צֶלַע) ; part. act. צֹלֵעַ Gen. 32, 31 ; f. צֹלָעָה collect. de pecudibus defatigatis, hinc trop. de Israëlitis Mich. 4, 6, 7. Soph. 3, 19. — Deriv. צֶלַע.

צֶלַע c. constr. צֶלַע et צֵלַע ; suff.

צֵלָע; pl. צְלָעִים, f. צְלָעוֹת; constr. צַלְעֵי; suff. צַלְעוֹתָיו; 1) *latus* hominis Jer. 20, 10. Job 18, 12, spec. *costa*, ut voluut, Gen. 2, 21, 22. Sæpiùs de rebus inanimat. ut montis, tabernaculi, altaris etc. *Latera januæ* i. e. *valvæ* 1 Reg. 6, 34. Metonym. *contabulata* ex asseribus confecta 1 Reg. 6, 15, 16; it. *conclavia lateralia* 1 Reg. 6, 3. Eze. 41, 9; hinc sing. הַצֵּלָע *ædificium exstructum à latere* 1 Reg. 6, 8, vel collect. *ædificia à lateribus templi exstructa* Eze. 41, 5, 9, 11. בֵּית צְלָעוֹת Eze. 41, 9 est: *spatium inter utrumque templi murum his conclavibus* destinatum. — 2) n. pr. oppidi in tribu Benjamin Jos. 18, 28 etc.

צֶלַע m. suff. צַלְעִי; *claudicatio*, hinc *casus* Ps. 35, 15. 38, 18.

צֶלֶף n. pr. viri Neh. 3, 30.

צְלָפְחָד n. pr. viri Num. 26, 33 etc.

צֶלְצַח n. pr. oppidi in tribu Benjamin 1 Sam. 10, 2.

צְלְצָל masc. constr. צִלְצַל; plur. צְלָצְלִים; constr. צִלְצְלֵי; 1) forsan *tinnitus*, *tintinnus*, ut aeris collisi, vel armorum, et *stridor* alarum. Hinc Jes. 18, 1: *terra stridoris alarum* i. e. exercituum; quod Æthiopiæ satis convenit, ex quâ agmina militum magno strepitu adducuntur; al. *terra utrimquè umbrosa*. — 2) *instrumentum tinniens* spec. *fuscina*, harpago piscatoris Job 40, 31, it. pl. *cymbala* 2 Sam. 6, 5. Ps. 150, 5. — 3) *bestiola stridens*, quibusdam *gryllus stridulus* Deut. 28, 42. — Rad. צָלַל.

צֶלֶק n. pr. viri 2 Sam. 23, 37.

צִלְּתַי n. pr. viror. 1 Par. 8, 20 etc.

צַם vid. צַמִּים.

צָמָא f. צָמֶת et צָמֵת (à צָמָה) fut. יִצְמָא; *sitivit* Ex. 17, 3; metaph. *avidè cupivit* seq. ל Ps. 42, 3. 63, 2. — Deriv. seq.

צָמָא masc. suff. צָמְאִי; *sitis* Eze. 17, 13.

צָמֵא m. pl. צְמֵאִים; f. צְמֵאָה; *sitiens* Jes. 5, 13, 44, 3.

צְמָאָה f. *sitis* Jer. 2, 25.

צְמָאוֹן m. *locus siticulosus et aridus* Deut. 8, 15 etc.

צָמַד ut in syr. *ligavit*, *alligavit*. — Niph. part. pl. נִצְמָדִים; fut. conv. וַיִּצָּמֶד; *alligatus est* i. e. addixit se Num. 25, 3 etc. — Puh. part. f. מְצֻמֶּדֶת *alligata* 2 Sam. 20, 8. — Hiph. fut. תַּצְמִיד *nectes*, *concinnabis* fraudem Ps. 50, 19. — Deriv. צָמִיד et

צֶמֶד m. suff. צִמְדּוֹ; plur. צְמָדִים; constr. צִמְדֵי; pr. *colligatio*, *copulatio*, hinc 1) *par* boum, asinorum Jud. 19, 10: 1 Sam. 11, 7. — 2) *jugum*, *jugerum* i. e. spatium agri quantùm uno die *par boum* arare potest.

צָמָה f. *velum* muliebre; suff. fut. צַמָּתֵךְ Jes. 47, 2. Cant. 4, 1. — Rad. צמם in chald. *velavit*.

צָמוּק masc. undè plur. צְמוּקִים et צְמֻקִים; *uvæ passæ* 1 Sam. 25, 18. etc. — Rad. צָמַק.

צָמַח; part. act. צֹמֵחַ; pl. f. צְמָחוֹת; fut. יִצְמַח; *progerminavit* Gen. 2, 5. Lev. 13, 37. Trop. Jes. 42, 9. Ps. 85, 12 etc. — Pih. צִמַּח; inf. צַמֵּחַ; fut. יְצַמַּח; *progerminavit* Jud. 16, 22.

Eze. 16, 7. — Hiph. הִצְמִיחַ; part. מַצְמִיחַ; infin. הַצְמִיחַ, fut. יַצְמִיחַ; conv. וַיַּצְמַח; *germinare fecit* Gen. 2, 9, seq dupl. acc. Ps. 147, 8. — Trop. Jes. 45, 8. 61, 11. — Indè

צֶמַח m. suff. fut. צִמְחָהּ; *germen*, *proventus* terræ, *fruges* Gen. 19, 25. Eze. 16, 7 etc. Metaph. *soboles*, Dei i. e. *Messias* Jer. 23, 5. 33. 15. Zach. 3, 8. 6, 12 et Jes. 4, 2; ubi enim minimè obstat פְּרִי הָאָרֶץ quod legitur in altero hemistichio.

צָמִיד m. plur. צְמִידִים; 1) *armilla* Gen. 24, 22, 30. — 2) *operculum* vasis Num. 19, 15. — Rad. צָמַד.

צַמִּים m. 1) *sitiens*, *sitibundus* ut vicin. צָמֵא. Job 5, 5: *inhiat sitibundus* i. e. egenus et avidus *opes eorum*; quod apprimè respondet hemistichio alteri: *cujus messem famelicus comedit*. Neque sunt audiendi qui vertunt: *inhiat exitium opibus eorum*. — 2) *nodus*, *nexus*, *tendicula*. Job 18, 9: *fortiter tenebit eum nodus*; quo sensu servatur membrorum parallelismus; siquidem in præcedenti membro legitur: *apprehendet calcaneum laqueus*. Conf. prætereà vicin. arab. טמם *plexuit* et צמם (dhamma) *ligavit*.

צְמִיתֻת f. pr. *excisio*, *extinctio*; hinc *vendi in exstinctionem* i. e. in perpetuum, sine spe redemptionis Lev. 25, 23, 30. — Rad. צָמַת.

צָמַק, *aruit*, *aridus fuit*, de mammis; part. act. pl. צֹמְקִים Hos. 9, 14. — Deriv. צִמּוּק.

צֶמֶר m. suff. צַמְרִי; *lana* Lev. 13, 47 etc. — Rad. צמר conf. vicin. זָמַר.

צְמָרִי n. pr. gentis Chananææ Gen. 10, 18.

צְמָרַיִם n. pr. oppidi in tribu Benjamin Jos. 18, 22; indè forsan mons hujus nominis in montanis Ephraïm 2 Par. 13, 4.

צַמֶּרֶת fem. suff. צַמַּרְתּוֹ; pr. *lana*, hinc *coma*, *frondes* arborum Eze. 17, 3 etc. al. *cacumen*, al. *ramus gracilis*, *ramusculus*; sed illud præstat. — Vid. צֶמֶר.

צָמַת *exscidit*, *perdidit* Thren. 3, 53. — Niph. נִצְמַת, נִצְמַתִּי (pro נִצְמַתְתִּי); *exstinctus est* Job 6, 17. 23, 17. — Pih. צִמֵּת ut Kal Ps. 119, 39. — Hiph. הִצְמִית; part. pl. cum suff. מַצְמִיתַי; imp. cum suff. הַצְמִיתֵם; fut. יַצְמִית; id. Ps. 54, 7. — Pilp. צִמְתֵּת undè pl. cum suff. צִמְתֻּתוּנִי pro צִמְתְּתוּנִי; id. Ps. 88, 17. — Deriv. צְמִיתוּת.

צֵן vid. צִנָּה.

צִן n. pr. deserti ab austro Palæstinæ Num. 13, 21 etc., cum ה loc. צִנָּה 34, 4 etc.

צֹנֵא, צֹנֶה c. suff. צֹנַאֲכֶם ut צֹאן *pecus* maximè *oves* Num. 32, 24. Ps. 8, 8. — Rad. צנא.

צִנָּה f. pl. m. צִנִּים; fut. צִנּוֹת; 1) *spina* Prov. 22, 5. Job 5, 5, sed trop. *hami* Amos 4, 2. — 2) *scutum* majus, totum militis corpus tegens 1 Sam. 17, 7. Ps. 35, 2 etc. — 3) *refrigerium* Prov. 25, 13. — Rad. צנן 1° ut vicin. שָׁנַן *acutus fuit*; 2° ut vicin. גָּנַן *texit*, *protexit*; 3° ut chald. צְנַן *friguit*.

צֹנֶה vid. צֹנֵא.

צָנוֹף vel צָנוּף Jes. 62, 3 in Chethib, ut צָנִיף q. v.

צִנּוֹר m. pl. cum suff. צִנּוֹרֶיךָ; *ca-*

tarracta Ps. 42, 8, *aquæ ductus* 2 Sam. 5, 8. — Rad. פנר.

צָנַח undè fut. יִצְנַח; *desiliit, descendit, se demisit* Jos. 15, 18 etc. De clavo, *in fixus est.* Jud. 4, 21.

צִנִּים pl. m. *spinæ* Num. 33, 55. Jos. 23, 13. — Rad. צנן ut vicin. שָׁנַן *acutus fuit.*

צָנִיף m. constr. צְנִיף; *tiara, cidaris* Zach. 3, 5. Job 29, 14; pl. fem. צְנִיפוֹת *vittæ* mulierum Jes. 3, 23.— Rad. צָנַף.

צָנַם pr. *durus fuit* ut in samar.; conf. etiam syr. et Talmudic. צונמא *rupes;* part. pass. fem. plur. צְנֻמוֹת *duræ, emaciatæ, steriles* aristæ Gen. 41, 23.

צָנַן vid. צַאֲנָן.

צָנַע ut cognat. כָּנַע *humilis, submissus fuit;* part. pass. plur. צְנוּעִים Prov. 11, 2.—Hiph, imp. הַצְנַע *submissè, modestè agas* Mich. 6, 8.

צָנַף undè infin. absol. צָנוֹף; fut. יִצְנַף; suff. יִצְנָפֶךָּ; *convolvit* Jes. 22, 18, *circumvolvit* spec. tiaram Lev. 16, 4. — Deriv. מִצְנֶפֶת, צָנִיף et

צְנָפָה f. *glomus* Jes. 22, 18.

צְנָצֶנֶת f. vulgò *vasculum, urna* Ex. 16, 33; sed Gesenius vertit *corbem,* collat. vicin. טֶנֶא et chald. צֶנָא *corbis;* quod est probab. —Rad. צנן.

צִנֹּרֶת f. undè pl. constr. צִנְתְּרוֹת; *tubi, canales* per quos oleum lecythi (גֻּלָּה) in lucernas defluebat Zach. 4, 12. — Compos. volunt ex צָנוֹר q. v. et נָתַח chald. et syr. *defluxit.*

צָעַד, inf. constr. צְעַד undè cum suff. צַעֲדֶךָ; fut. יִצְעַד; 1) *gressus, progressus est, incessit* spec. *cum gravitate et apparatè* (*avec pompe*) Jud. 5, 4: 2 Sam. 6, 13 etc. Seq acc. *transgressus est* terram Hab. 3, 12; * seq. עַל *irrupit, insiliit in* Gen. 49, 22 ubi Jacobus alludit Putipharis uxori quæ, libidinis explendæ causâ Josephum invasit (Gen. 39, 6 — 12); sed conf. quæ adnotavimus in *Le Pentateuque avec une trad. franç.* Genèse, pag. 318, 319. *

Hiph. fut. תַּצְעִידֵהוּ לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת *adduces eum regi terrorum* Job 18, 14, i.e. impers. *adducetur,* ut Gen. 10, 30. 13, 10: venire tuî, *si venias,* i. e. *si veniatur.* Quàm contortæ sint aliæ interpretationes, nemo non videt. — Deriv. מִצְעָד, אֶצְעָדָה et seq.

צַעַד m. suff. צַעֲדוֹ; plur. צְעָדִים; constr. צַעֲדֵי; suff. צְעָדָיו; *gressus* 2 Sam. 6, 13 etc.

צַעֲדָה f. pl. צְעָדוֹת; 1) *incessus* 2 Sam. 5, 24. — 2) *catenulæ crurales* quas gestabant mulieres orientales ad gressus coarctandos et exæquandos, elegantiæ causâ Jes. 30, 20.

צָעָה undè part. act. צָעֶה; plur. צֹעִים; fut. צָעָה; 1) *inclinavit* vas ad effundendum liquorem Jer. 48, 12.— 2) *inclinatus, curvatus fuit,* catenarum pondere Jes. 51, 14, it. *prostravit se* mulier ad concubitum Jer. 2, 20. — 3) *reclinavit caput, reclinato capite incessit* i. e. *superbivit.*—Pih. צִעָּה undè pl. cum suff. צִעֲהוּ *inclinaverunt ei* vas Jer. 48, 12.

צָעוֹר masc. in Chethib pro צָעִיר; undè pl. cum suff. צְעוֹרֵיהֶם, צְעוֹרֶיהָ;

parvus, exiguus Jer. 14, 3. 48, 4. — Rad. צָעַר.

צְעִיף m. suff. f. צְעִיפָהּ; *peplum* muliebre Gen. 24, 65. 38, 14. — Rad. צעף ut vicin. עָפַף.

צָעִיר m. suff. צְעִירוֹ; pl. צְעִירִים; f. צְעִירָה; *parvus, exiguus, a, um*, spec. numero Jes. 60, 22, *ætate minor* Gen. 19, 31 etc., dignitate, *vilis* Jud. 6, 15, *contemptus* Ps. 119, 141. — 2) n. pr. oppidi 2 Reg. 8, 21. — Rad. צָעַר.

צְעִירָה f. undè cum suff. צְעִירָתוֹ; *parvitas* Gen. 43, 33.

צָעַן undè fut. יִצְעַן; *tentoria movit, profectus est* ut vicin. arab. ظعن (dhâhan).

צַעַן n. pr. urbs Ægypti inferioris; LXX *Tanis* Num. 13, 22 etc.

צַעֲנַנִּים n. pr. oppidi in tribu Nephtali Jos. 19, 33 etc.

צַעֲצְעִים pl. m. Vulgat. *opus statuarium* 2 Par. 8, 10. — Rad. צוע, ut in arab. *finxit*.

שְׂאֵת (pro שְׂאֵה) f. suff. שְׂאֵתוֹ, et שְׂאֵתָהּ; pr. inf. verbi נָשָׂא, hinc 1) *elevatio* Job 41, 17; *elatio* vultûs i. e. *hilaritas* oppos. *demissioni* Gen. 4, 7, metaph. *elatio animi*, Hab. 1, 7, al. *effatum, decretum*, significatu quidem aptissimo sed non usitato. — 2) *eminentia* in cute, *tumor* Lev. 13, 2. 10, 19 etc. — 3) *excellentia* Gen. 49, 3, it *majestas* Dei Job 13, 11.

שְׂבָךְ m. undè pl. שְׂבָכִים *reticula* 1 Reg. 7, 17. — Rad. שָׂבַךְ ut vicin. סָבַךְ.

שְׂבָכָה f. pl. שְׂבָכוֹת; 1) *rete* Job 18, 8. — 2) *clathrum* 1 Reg. 7, 18 etc. — Rad. vid. in שָׂבַךְ.

שְׂבָם, et שִׂבְמָה n. pr. oppidi in tribu Ruben Num. 32, 3 etc.

שָׂבַע et שָׂבֵעַ; inf. absol. שָׂבוֹעַ, constr. שְׂבַע; imp. שְׂבַע; fut. וַיִּשְׂבַּע; *satur, satiatus fuit* Ponitur modò absol. modò seq. acc. rei, vel בְּ, vel מִן, vel לְ cum infin. Ex. 16, 12. Prov. 14, 14 etc. Metaph. Hab 2, 16 etc., hinc *tædio, fastidio affectus est* Job 7, 4 etc. — Pih. שִׂבַּע; fut. יְשַׂבַּע; *satiavit* Eze. 7, 19, seq. dupl. acc. pers. et rei Ps. 90, 14. — Hiph. הִשְׂבִּיעַ; part. מַשְׂבִּיעַ; inf. הַשְׂבִּיעַ; fut. יַשְׂבִּיעַ; seq. acc. pers., vel dupl. acc. pers. et rei, vel מִן, בְּ rei, sed לְ pers. et acc. rei Ps. 145, 16. Metaph. 91, 16. — Deriv. seq.

שָׂבַע m. *saturitas, abundantia* cibi Gen. 41, 29. Prov. 3, 10 etc.

שָׂבֵעַ m. adj. constr. שְׂבַע; pl. שְׂבֵעִים; f. שְׂבֵעָה; *satur, satiatus* 1 Sam. 2, 5 etc. Metaph. Deut. 23, 23 etc.

שִׂבְעָ m. suff. in pausâ שָׂבְעֲךָ; *sa-*

tietas Ex. 16, 3.— 2) *abundantia* Ps. 16, 11.

שִׂבְעָה f. *satietas;* constr. שִׂבְעַת Eze. 16, 49.

שָׂבְעָה f. suff. f. שָׂבְעָתֵךְ; id. Ruth 2, 18. Jes. 23, 88 etc.

שָׂבַר *contemplatus, intuitus est,* seq. בְּ; part. act. שֹׂבֵר Neh. 2, 13, 15. — Pih. 1) *exspectavit* Ruth 1, 13. — 2) *speravit* seq. אֶל, לְ Jes. 38, 18. Ps. 104, 27 etc. — Indè

שֵׂבֶר m. *spes;* suff. שִׂבְרוֹ Ps. 119, 116 etc.

שָׂגָא ut in chald. et syr. *magnus fuit, factus est, crevit;* fut. juxtà quosd. codices יִשְׂגֶּא Job 8, 7, 11. — Hiph. part. מַשְׂגִּיא; fut. יַשְׂגִּיא; 1) *auxit* seq. לְ Job 12, 23. — 2) *magnificavit, laudibus extulit* 36, 24. — Indè שַׂגִּיא

שָׂגַב 1) *altus,* trop. *arduus, inaccessus fuit* Deut. 2, 36. — 2) *extulit se* Job 5, 11. — Niph. נִשְׂגַּב; *altus fuit* Prov. 18, 11 etc. Hinc trop. *excelsus, sublimis fuit* Jes. 2, 11. Ps. 148, 13, *tutus præstitus est* Prov. 18, 10, *arduus, difficilis* intellectu *fuit* Ps. 139. 6. — Pih. שִׂגֵּב *potentem fecit* Jes. 9, 10, *tutum præstitit* Ps. 20, 2 etc. — Puh. fut. יְשֻׂגַּב *tutus præstabitur* Prov. 29, 25. — Hiph. fut. יַשְׂגִּיב *sublimiter aget, excelsum se præstabit* Job 36, 22.—Indè מִשְׂגָּב.

שָׂגַג vid. שׂוּג.

שָׂגָה ut vicin. שָׂגָא *magnus factus est;* fut. יִשְׂגֶּה Ps. 93, 13. Job 8, 7, 11.—Hiph. הִשְׂגָּה *auxit* Ps. 72, 12.

שְׂגוּב et שְׂגִיב n. pr. viror. 1 Reg. 16, 35 etc.

שַׂגִּיא m. *permagnus* Job 36, 26. 37, 23. — Rad. שָׂגָא.

שֵׂד sive שִׂדָּה vid. שִׂדִּים.

שָׂדַד undè Pih. שִׂדֵּד *occavit* Jes. Jes. 28, 24. Hos. 10, 11 etc.

שָׂדֶה m. constr. שְׂדֵה; suff. שָׂדֵהוּ; pl. f. שָׂדוֹת, constr. שְׂדֵי et שְׂדוֹת, suff. שָׂדֵינוּ, שְׂדֹתֵיהֶם et שְׂדֹתָם; 1) *campus* Jer. 17, 3, oppos. montibus, hinc שְׂדֵה אֲרָם *campi, campestria Syriæ* Hos. 12, 13; *terra continens* oppos. mari Eze. 26, 6, 8. — 2) *ager* cultus Gen. 23, 17 etc., oppos. vineis et hortis Ex. 9, 25 etc., it. *agri, rus,* undè *vir agrorum* i. e. vir in agris, non in tentoriis degens, *vir agrestis, rusticus* Gen. 25, 27, *bestiæ agrorum* i. e. *feræ* Gen. 2, 20 etc. Seq. nomine urbis vel populi *agri, fines* Gen. 14, 7. Neh. 12, 29; sed *territorium, regio* undè meton. *incolæ, cives* ejus Eccl. 5, 8.

שָׂדַי m. ut שָׂדֶה *campus, ager* sed poët. Deut. 32, 13. Ps. 8, 8 etc.

שִׂדִּים n. pr. vallis Gen. 14, 3 etc.

שְׂדֵרָה f. *ordo, series;* pl. שְׂדֵרוֹת 1 Reg. 6, 9 etc. — Rad, שׂדר ut vicin. chald. סְדַר *seruit, ordinavit.*

שֶׂה (pro שֵׂיֶה vel שֵׂהֶה) c. constr. שֵׂה; suff. שֵׂיוֹ et שֵׂיֵהוּ; una *ovis* vel *capra,* nom. unitatis cujus collect. est צֹאן Gen. 22, 7. Ex. 12, 3 etc. — Origo latet.

שָׂהֵד m. *testis;* suff. שָׂהֲדִי Job 16, 19. — Rad. שָׂהַד ut vicin. chald. et syr. סְהַד *testatus est.* — Indè

שָׂהֲדוּתָא f. voc. chald. et syr. *testimonium* Gen. 31, 47.

שַׂהֲרֹנִים pl. m. *lunulæ*, bullæ formam lunæ referentes, quas gestabant feminæ, viri et cameli Jud. 8, 21. Jes. 3, 18. — Rad. שָׂהַר conf. סָהַר.

שׂוּב, vid. שִׁיב.

שׂוֹבָךְ m. *rami perplexi, dumetum* ut סֹבֶךְ q. v. 2 Sam. 18, 19.

שׂוּג ut vicin. סוּג 1) *recedere.* — 2) *sepire.* — Niph. נָשׂוּג *avertit se* 2 Sam. 1, 22 ubi tamen plures cod. et edit. נָסוּג exhibent. — Pilp. שִׂגְשֵׂג *sepivit* Jes. 17, 11; al. *crescere fecit* quasi à שָׂגַג vicin. שָׂגָה, שָׂגָא.

שׂוּד, vid. שִׁיד.

שׂוּחַ Gen. 24, 63† al. *meditari* ut Vulgat., al. *colloqui* scil. cum amicis, servis in rure pascentibus; et ità LXX Aquil., Symmach. al.; cum Syr. *deambulare*, nobis verò est: *inter frutices et virgulta deambulare*, ità ut sit verbum denom. à שִׂיחַ *frutex, virgultum.* Hunc unum sensum suadet contextus et commendant tùm loci, tum personæ adjuncta. Conf. quæ adnotavimus in *Le Pentateuque avec une traduction française*, Genèse, pag. 142.*

שׂוּט ut vicin. שָׂטָה *declinare.* Ps. 40, 5: שָׂטֵי כָזָב *declinantes ad mendacium.* — Indè שָׂטִים

שׂוּךְ pr. forsan ut vicin. שׂוּג, סוּג; סָכַךְ, שָׂכַךְ (conf. etiam סָבַךְ) *texere, contexere, plectere*, hinc *ramis, perplexit, sepe circummunire, sepire, obsepire.* Job 1, 10: *sepivisti circa eum* i. e. eum tueris; it. in malam partem Hos. 2, 8: *obsepiens viam tuam* i. e. præcludens. — Pilp. fut. cum suff. תְּשׂוֹכְכֵנִי *plectis, contexis me* Job 10, 11; conf. Ps. 139, 13. — Deriv. מְשׂוּכָה et

שׂוֹךְ m. *ramus perplexus;* suff. שׂוֹכֹה (pro שׂוֹכוֹ) Jud. 9, 49.

שׂוֹכָה f. id. constr. שׂוֹכַת Jud. 9, 48.

שׂוֹכֹה n. pr. oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 35.

שׂוֹכָתִי n. gent. 1 Par. 2, 55.

שׂוּם et שִׁים; præt. et part. act. שָׂם, pass. f. שׂוּמָה 2 Sam. 13, 32 in Keri, ubi Chethib habet שִׁימָה; inf. abs. שׂוֹם; fut. יָשִׂים; semel יָשׂוֹם Ex. 4, 11, apoc. יָשֵׂם; conv. וַיָּשֶׂם, primariò et generatim *ponere, statuere, collocare*, gr. τιθέναι; sed indè plures alii dimanant significatus in seq. formulis animadvertendi. Seq. עַל pers. *imponere* alicui aliquid præstandum Ex. 5, 8 etc., seq. בְּ perpetiendum Deut. 7, 15. — *Liberos ponere* i. e. *procreare* (*mettre des enfants au monde*) Esr. 10, 44; *ponere triticum* i. e. *serere* Jes. 28, 25. A *ponendi* notione, multæ profluunt signific. ac locutiones tropicæ, ut *proponere, exponere* Job 5, 8, *decernere, constituere* Ex. 21, 13 etc. שׂוֹם שֵׁם לְ *nomen imponere, indere* alicui Dan. 1, 7; sed *nomen suum ponere*, de Deo i. e. *cultum suum, sacra sua constituere* Deut. 12, 5 etc. 1 Reg. 9, 3 etc. שׂוֹם לֵבָב *animum advertere, attendere* Jes. 41, 22. Hag. 2, 15, omisso לֵב Jud. 19, 30. Jes. 41, 20. Job 34, 23, cum לְ rei Job 23, 6, אֶל Ex. 9, 21, עַל Job 1, 8; sed שׂוֹם עַל לֵב *curare* aliquid (*prendre à cœur*) Jes.

57, 1, 11, cum אֶל לֵב 2 Sam. 13, 33, בְּלֵב 1 Sam. 21, 13; conf. Græc. θέσθαι ἐν φρεσί, ἐπὶ φρεσί Odis. 14, 227. 18, 157, ἐπὶ θυμῷ Iliad. 15, 591 etc. Sed est *decernere, secum constituere* Dan. 18. Mal. 2, 2. — *Iram Dei sibi ponere* i. e. *cumulare* Job 36, 13; conf. Rom. 2, 5. Vix notare necesse est notiones *ponendi, faciendi, tribuendi* vicissim inter se mutuò permutari; sic *miracula ponere* i. e. *patrare* Ex. 4, 11; *leges alicui ponere* i. e. *dare* 2 Sam. 23, 5 etc. — Hiph. part. מֵשִׂים *ponens* scil. לֵב i. e. *attendens, advertens* Job 4, 20. Imp. f. הָשִׂימִי *attende*, vel *instrue* scil. aciem Eze. 21, 21. — Hoph. fut. conv. וַיּוּשַׂם *et appositum fuit* Gen. 24, 33 in Keri, ubi Chethib habet וַיִּישֶׂם à rad. יָשַׂם. — Indè תְּשׂוּמֶת.

שׂוֹר; fut. conv. וַיָּשַׂר; ut vicin. שָׂרַר, שָׂרָה; 1) *contendere, certare* Hos. 12, 5. — 2) *principatum tenere, gerere* Jud. 9, 22. — 3) ut vicin. נָשַׂר *serrare* 1 Par. 20, 3. — 4) ut cognat. סוּר *recedere* Hos. 9, 12. — Hiph. הָשִׂיר *principes constituit* Hos. 8, 4. — Indè

שׂוֹרָה f. *series, ordo*, sed adv. *per ordinem* ut rectè Vulgat. Jes. 28, 25.

שׂוֹרֵק vid. שָׂרֵק.

שׂוּשׂ et שִׂישׂ; præt. et particip. שָׂשׂ; inf. absol. שׂוֹשׂ; fut. יָשׂוּשׂ et יָשִׂישׂ; pl. cum suff. יָשִׂישׂוּם; pr. forsan *exsilire, exsultare*, hinc *gaudere, lætari* Job 3, 22, seq. בְּ, עַל aliquo, aliquâ re Deut. 28, 63. Ps. 40, 17 etc. שָׂשׂוֹן, מָשׂוֹשׂ.

שַׂח m. *cogitatio*; suff. שִׂחִי Amos 4, 13. — Rad. שִׂיחַ.

שָׂחָה; part. act. שָׂחֶה; inf. constr. שְׂחוֹת; *natavit* Jes. 25, 11. — Hiph. fut. אַשְׂחֶה *inundabo* hyperbol. pro *madefaciam*. Ps. 6, 7. — Indè

שָׂחוּ f. *natatio* Eze. 47, 5.

שָׂחוֹק vid. שְׂחֹק.

שָׂחַט, *expressit* uvas; ut vicin. chald. סְחַט fut. יִשְׂחַט Gen. 40, 11.

שָׂחַק; infin. constr. שְׂחֹק; fut. יִשְׂחַק; ut vicin. צָחַק 1) *risit* Eccl. 3, 4; seq. אֶל *arrisit* Job 29, 24, seq. עַל *derisit, irrisit* aliq. Ps. 52, 8 etc., seq. לְ *ridendo contempsit* Job 5, 22 etc. — 2) *lusit*, hinc adhibitâ musicâ *saltavit* Jud. 16, 27. — Pih. שִׂחֵק; part. מְשַׂחֵק; inf. שַׂחֵק; fut. יְשַׂחֵק; 1) *identidem risit*, hinc *jocatus est* Jer. 15, 17. — 2) *lusit* Zach. 8, 5 etc. — 3) *cecinit* voce et instrumentis, *saltavit, choreas egit* Jud. 16, 25: 1 Sam. 18, 7 etc. — Hiph. part. מַשְׂחִיקִים *irridentes* 2 Sam. 30, 10. — Deriv. מִשְׂחָק et

שְׂחֹק, שְׂחוֹק; m. 1) *risus* Job 8, 21. Eccl. 2, 2. — 2) *irrisio*, hinc *objectum irrisionis* Jer. 20, 7. Job 12, 4. — 3) *lusus, jocus* Prov. 10, 23.

שָׂטִים pl. m. *declinationes* à recto, *delicta, peccata* Hos. 5, 2, ut שָׂטִים Ps. 101, 3. — Rad. שׂוּט.

שָׂטָה; imp. שְׂטֵה; fut. יִשְׂטֶה; apoc. יִשְׂטְ; ut vicin. chald. et syr. *declinavit, deflexit* Num. 5, 12. Prov. 4, 15 etc.

שָׂטַם; fut. יִשְׂטֹם; 1) *odio habuit, odio prosecutus est* (conf. vicin. שָׂטַן)

Gen. 27, 41. Job 16, 9 etc. — 2) * forsan ut vicin. שָׂטָה *declinavit*, undè מַשְׂטֵמָה q. v. *

שָׂטַן, inf. cum suff. שִׂטְנוֹ; *adversarius, infestus fuit* (conf. vicin. שָׂטַם) Ps. 38, 21 etc. Part. שָׂטָן *adversarius* Ps. 71, 13. — Deriv. seq.

שָׂטָן m. *adversarius* Ps. 109, 6, *hostis* in bello 1 Sam. 29, 4 etc., it. *obstaculum, impedimentum* Num. 22, 22 : 2 Sam. 19, 23. Cum artic. הַשָּׂטָן *diabolus* Zach. 3, 1. Job 1, 7 etc., et omisso artic. 1 Par. 12, 1.

שִׂטְנָה f. 1) *accusatio* Esr. 4, 6. — 2) n. pr. putei Gen. 26, 21.

שִׂיא (pro שְׂנִיא) m. *elatio, magnitudo;* suff. שִׂיאוֹ Job 20, 6. — Rad. נָשָׂא.

שִׂיאוֹן n. pr. montis Deut. 4, 48.

שִׂיב *canescere* 1 Sam. 12, 2. Part. act. שָׂב *canus, senex* Job 15, 10. — Deriv. seq.

שֵׂיב vel שִׂיב שָׂיב m. *canities, senectus;* suff. שֵׂיבוֹ 1 Reg. 14, 4.

שֵׂיבָה f. constr. שִׂיבַת; suff. שֵׂיבָתְךָ; et שֵׂיבָתוֹ; 1) id. Gen. 15, 15 etc. — 2) meton. *senex* Lev. 19, 32. Ruth 4, 15.

שִׂיד m. *calx* Deut. 27, 2 etc.

שִׂיג m. *secessio* 1 Reg. 18, 27. — Rad. שׂוּג.

שִׂיד *calce oblinere* Deut. 17, 2, 4. — Indè

שִׂיָּה ut שָׂהּ q. v.

שִׂיחַ; fut. יָשִׂיחַ; 1) pr. forsan *producere, protrudere*, collat. syr. שׂוּח *germinavit, floruit;* undè שִׂיחַ *frutex, virgultum*, à quo denom. verbum שׂוּחַ ubi vid. — 2) *loqui*, seq. לְ *ad* aliquem Job 12, 8, seq. acc. Prov. 6, 22, seq. בְּ *de* aliq. Ps. 69, 13. — 3) *canere* Jud. 5, 10. Ps. 145, 5, seq. בְּ *carmine celebrare* aliq. Ps. 105, 2, et in malam partem *querelas fundere, queri* Ps. 55, 18. Job 7, 11. — 4) *secum loqui, meditari* maximè de rebus divinis Ps. 77, 4 etc. — Pilp. שׂוֹחֵחַ *meditatus est* Ps. 143, 5, *cogitavit* aliquid Jes. 53, 8. — Deriv. שֵׂחַ et seq.

שִׂיחַ m. pl. שִׂיחִים; 1) *frutex, virgultum* Gen. 2, 5 etc. — 2) *sermo* Ps. 64, 2 etc. — 3) *querela* Job 7, 13 etc. — 4) *meditatio*, al. *colloquium*, al. *ambulatio* 1 Reg. 18, 27.

שִׂיחָה f. suff. שִׂיחָתִי; *meditatio*, max. de rebus divinis Job 15, 4 etc.

שִׂים *ponere* vid. שׁוּם.

שִׂישׂ *gaudere* vid. שׂוּשׂ.

שֵׂךְ m. undè pl. שְׂכִים *spinæ* Num. 33, 55. — Rad. שָׂכַךְ.

שֵׂךְ m. *sepes;* suff. שְׂכוֹ; Thren. 2, 6. — Rad. שָׂכַךְ.

שְׂכָה f. pr. *spina, aculeus*, hinc *telum acutum, missile;* pl. שְׂכוֹת Job 40, 31. — Rad. שָׂכַךְ.

שְׂכוּ n. pr. loci 1 Sam. 19, 22.

שֶׂכְוִי m. forsan ut מַשְׂכִּית *intellectus, mens, animus* Job 38, 36; al. *res adspectabilis, phœnomenon cœleste*, sed invito contextu. — Rad. שׂכה (conf. vicin. chald. סְכָא *adspexit, contemplatus est*) undè et seq.

שְׂכִיָּה f. *species, forma;* pl. שְׂכִיּוֹת Jes. 2, 16 ubi rectè Vulgat. *omne quod visu pulchrum est.*

שֵׂכִין m. *culter* ut chald. סַכִּין Prov. 23, 2. — Etymon latet.

שָׂכִיר m. constr. שְׂכִיר; *mercenarius* Ex. 22, 14 etc. — Rad. שָׂכַר.

שְׂכִירָה f. *conductio*. Jes. 7, 20: *novacula conductionis* i. e. *conducta*.

שָׂכַךְ ut vicin. סָכַךְ; 1) *texuit, sepsit*. — 2) *texit, operuit* Ex. 33, 22.—Deriv. מְשׂוּכָה, סֻכָּה, שׂךְ, שֵׂךְ.

שָׂכַל *prudenter se gessit* 1 Sam. 18, 30. — Pih. Gen. 48, 14: שִׂכֵּל אֶת־יָדָיו *prudentes fecit manus suas* i. e. *scitè, consultò eas transversim posuit*, ut rectè, saltem quoad sensum, omnes veter. interpret. reddunt. — Hiph. הִשְׂכִּיל; part. מַשְׂכִּיל; f. מַשְׂכֶּלֶת; infin. absol. הַשְׂכֵּל; constr. הַשְׂכִּיל; fut. יַשְׂכִּיל; apoc. יַשְׂכֵּל; 1) * *intelligentem reddidit, intelligentiam dedit* Gen. 3, 6; al. *adspexit*, sed haud rectè, ut probavimus in *Le Pentat. avec une trad. franç., etc.* Genèse, *pag.* 21, 22*; it. *docuit* Ps. 32, 8, seq. dupl. acc. Dan. 9, 22, et לְ pers. Prov. 21, 11. — 2) *attendit, animum advertit* seq. acc. בְּ, אֶל, עַל Deut. 32, 29 etc. Passim jungitur notio *admirationis* Ps. 64, 10, *curæ* 41, 2. — 3) *intellexit, prudens evasit* Ps. 2, 10. Dan. 1, 4; *prudenter egit* Jer. 20, 11. 23, 5. — Part. a) *intelligens, prudens* Prov. 10, 5 etc., *probus, pius* Ps. 14, 2. Dan. 11, 33 etc. — b) subst. *carmen* Ps. 47, 8 et in titulis tredecim Psalmorum. — Infin. *intelligentia, prudentia* Jer. 3, 15. Prov. 1, 3 etc. — 4) *prosperè gessit* rem Jos. 1, 7 etc. — 5) *successum dedit* 1 Reg. 2, 3. — Indè

שֵׂכֶל, שֶׂכֶל m. suff. שִׂכְלוֹ; 1) *intellectus, intelligentia, prudentia* Prov. 13, 15 etc. it. in malam partem *astutia* Dan. 8, 25. — 2) *felicitas, prosperitas* Prov. 3, 4.

שִׂכְלוּת f. *stultitia* Eccl. 1, 17 ut סִכְלוּת, quod habent plures codices. et edit.

שָׂכַר, part. act. שֹׂכֵר; pass. שָׂכוּר; infin. absol. שָׂכֹר: constr. שְׂכֹר; fut. יִשְׂכֹּר; *mercede conduxit* Gen. 30, 16 etc.; it. *mercede corrupit, subornavit* Neh. 6, 12 etc. — Niph. נִשְׂכַּר *mercede conductus est* 1 Sam. 2, 5. — Hithp. part. מִשְׂתַּכֵּר (pro מִתְשַׂכֵּר) *pro mercede se elocans* Hag. 1, 6. — Deriv. מַשְׂכֹּרֶת, שְׂכִירָה, שָׂכִיר et seq.

שָׂכָר m. constr. שְׂכַר; 1) *merces* mercenarii Gen. 30, 28 etc., it. *pretium* quo quid elocatur Ex. 22, 14, et *præmium* quodcumque Gen. 15, 1. — 2) viror. 1 Par. 11, 35 etc.

שֶׂכֶר m. *merces* mercenarii Jes. 19, 10, *præmium* Prov. 11, 18.

שְׂלַו, in pausâ שְׂלָו (in Keri שְׂלָיו) m. pl. שַׂלְוִים (à sing. שַׂלְוֶה); *coturnix*, sed ubiquè collect. *coturnices* Ex. 16, 2. Num. 11, 32 etc. — Rad. שלה quam conferunt cum arab שלו, שמן *pinguis fuit*, undè שַׂלְוַי et שַׂמְאַנִי *coturnix*. Reapsè ad hunc pinguedinis sensum alluditur Ps. 78, 31.

שְׂלָיו vid. שְׂלַו.

שַׂלְמָה f. constr. שַׂלְמַת; pl. שְׂלָמוֹת; 1) ut שִׂמְלָה *vestis* Ex. 22, 8 etc. — 2) n. pr. viror. Ruth 4, 20 etc. — Rad. שלם ut שָׂמַל q. v.

שַׂלְמוֹן n. pr. viri Ruth 4, 21.

שַׂלְמַי n. pr. viri Neh. 7, 48 pro quo שַׂלְמַי Esr. 2, 46.

שְׂמֹאל, שְׂמֹאול m. suff. שְׂמֹאלוֹ; 1) *latus sinistrum* Gen. 13, 9 etc. יַד־שְׂמֹאל *manus lateris sinistri, ma-*

nus sinistra Jud. 3, 21. Eze. 39, 3, et ità omisso יָד Gen. 48, 14. Cant. 2, 6. 8, 3.— 2) *septentrio, plaga borealis* Gen. 14, 15. Job 23, 9.—Indè verbum

Hiph. הִשְׂמִאיל, הִשְׂמְאִיל et הִשְׂמִיל; part. pl. מַשְׂמִאִלִים; inf. הַשְׂמִיל; fut. יַשְׂמְאִיל; *ad sinistrum latus deflexit* Gen. 13, 9. Jes. 30, 21. — 2) *sinistrâ* (pro dextrâ) *manu usus est* 1 Par. 12, 2.

שְׂמָאלִי et שְׂמֹלִי m. f. שְׂמָאלִית; *qui, quæ est ad latus sinistrum, sinister, sinistra* 1 Reg. 7, 21 etc.

שָׂמַח et שָׂמֵחַ; infinit. constr. שְׂמֹחַ; imp. שְׂמַח; fut. יִשְׂמַח; *lætatus est* Jes. 65, 13 etc. constr. cum בְּ, לְ, עַל, et מִן Prov. 5, 18 ubi tamen plures cod. habent בְּ. Rebus inanim. tribuitur Jes. 14, 8. Prov. 13, 9. שָׂמַח בַּיהוָה *lætatus est in Jehová* i. e. de tutelâ ejus Ps. 9, 3 etc. שָׂמַח לִפְנֵי יְהוָה *lætatus est coram Jehová* de eo dicitur qui sacras epuin atrio tabernaculi sancti instituebat Lev. 23, 40 etc. — Pih. שִׂמַּח; paart. מְשַׂמֵּחַ; inf. שַׂמֵּחַ; imp. id. et שַׂמַּח; fut. יְשַׂמַּח; *lætitiâ affecit, lætitiam attulit* Deut. 24, 5 etc.; seq. מִן, עַל, לְ *de* aliquâ re Ps. 30, 2 etc. — Hiph. הִשְׂמִיחַ, id. Ps. 89, 43. — Deriv. seq.

שָׂמֵחַ m. pl. שְׂמֵחִים; constr. שִׂמְחֵי et שִׂמְחֵי; f. שְׂמֵחָה; *lætans, lætus, a* Deut. 16, 15. Ps. 35, 26 etc.

שִׂמְחָה f. constr. שִׂמְחַת; pl. שִׂמְחוֹת; 1) *lætitia* 1 Reg. 1, 40 etc. — 2) *objectum lætitiæ* Ps. 43, 4, hinc — 3) *voluptas, oblectamentum* Prov. 21, 17. Neh. 8, 12 etc.

שִׂמִיכָה f. *stragula* Jud. 4, 18. — Rad. שׂמך ut vicin. סָמַךְ.

שָׂמַל ut vicin. arab. سمل *cinxit, circumdedit.* — Hiph. הִשְׂמִיל vid. in הִשְׂמְאִיל sub שׂמאל. — Indè

שִׂמְלָה f. constr. שִׂמְלַת; pl. שִׂמְלוֹת; *vestis* virorum mulierumque imprimis exterior et ampla Gen. 9, 23. Jes. 3, 6 etc.

שַׂמְלָה n. pr. viri Gen. 36, 36 etc.

שְׂמֹלִי vid. שְׂמָאלִי.

שְׂמָמִית vel שַׂמְמִית f. *lacertæ venenatæ* species Prov. 30, 28. LXX χαλαβώτης, Vulgat. *stellio* et ità Bochart. — Rad. שׂמם in arab. *veneno infecit.*

שָׂנֵא part. act. שׂוֹנֵא, pass. pl. constr. שְׂנוּאֵי 2 Sam. 5, 8 in Keri, sed Chethib habet שִׂנְאוּ; inf. absol. שָׂנוֹא, constr. שְׂנֹא et שִׂנְאַת; fut. יִשְׂנָא; *odit, odio habuit* seq. acc. et לְ Deut. 4, 42. Ps. 5, 6 etc.—Part. שׂוֹנֵא *osor, inimicus* Deut. 7, 10 etc.; fem. pl. שְׂנֵאוֹת *inimicæ* Eze. 16, 27. — Niph. fut. יִשָּׂנֵא *odio erit* Prov. 14, 17. — Pih. part. מְשַׂנֵּא *osor, inimicus* undè cum suff. sine Dag. מְשַׂנְאַי plur. constr. מְשַׂנְאֵי, suff. מְשַׂנְאַי Ps. 18, 41 etc. — Deriv. seq.

שִׂנְאָה f. constr. שִׂנְאַת; suff. in pausâ שִׂנְאָתְךָ et cum superfluo שִׂנְאָתֶיךָ; pr. inf. *odisse, odium* Deut. 1, 27. Eze. 35, 11 etc.

שָׂנִיא undè f. שְׂנִיאָה *exosa* Deut. 21, 15.

שְׂנִיר n. pr. quo Amoræi montem

Hermonem vocarunt Deut. 3, 9. Eze. 27, 5; sed angustiori sensu pars Hermonis Cant. 4, 8: 1 Par. 5, 23.

שָׂעִיר et שָׂעָר m. 1) *pilosus, hirsutus* Gen. 27, 11, 23.—2) *hircus* Lev. 4, 24, pleniùs שְׂעִיר עִזִּים *pilosus caprarum* Gen. 37, 31.— 3) pl. שְׂעִירִים *dæmones sylvestres*, ità dicti vel quia sub *hirci* formâ colebantur, vel quia in sylvis et desertis tales apparebant Jes. 13, 21. 34, 14. — 4) pl.* *pluviæ tenues ut capilli* (à שַׂעַר), vulgò *imbres*, sed invito contextu Deut. 32, 2.* — Fem. שְׂעִירָה vide mox infrà. — Rad. שָׂעַר.

שֵׂעִיר n. pr. 1) viri Gen. 36, 20. —2) regionis montanæ Idumæorum Gen. 14, 6 etc. — 3) montis in tribu Judâ Jos. 15, 10.

שְׂעִירָה f. constr. שְׂעִירַת; 1) pr. *hirsuta*, hinc *capra* Lev. 4, 23. 5, 6. — 2) n. pr. loci in tribu Ephraïm Jud. 3, 26. — Rad. שָׂעַר.

שְׂעִפִּים pl. m. ferè ut סְעִפִּים q. v. *cogitationes* Job 4, 13. 20, 2.—Rad. שׂעף ut vicin. סָעַף q. v.

שָׂעַר ut vicin. סָעַר, שָׂעַר; 1) *horruit*, gr. φρίσσω, hinc *terrore, commotione correptus est* Jer. 2, 12. Eze. 27, 35, seq. עַל causæ 32, 10.— 2) forsan denom. à שָׂעִיר, *coluit* pr. *hirsuta numina* Deut. 32, 17. — 3) *exagitavit, turbine disjecit* Ps. 58, 10. — Niph. f. נִשְׂעָרָה impers. *tempestas sævit, procellosum fuit* Ps. 50, 3. — Pih. *turbine abripuit* Job 27, 21. — Hithp. fut. יִשְׂתָּעַר (pro יִתְשַׂעַר) *procellæ instar irruit* Dan. 11, 40. — Deriv, שְׂעִיר et seq.

שַׂעַר m. 1) *horror* Eze. 27, 35. Job 18, 20. — 2) ut vicin. סַעַר *procella* Jes. 28, 2. Aliud vid. in seq.

שֵׂעָר m. constr. שְׂעַר, sed Jes. 7, 20 שַׂעַר; suff. שְׂעָרוֹ; *pilus* sed collect. *pili* Lev. 13, 3 etc.

שְׂעָרָה f. ut vicin. סְעָרָה *procella* Nah. 1, 3 etc.

שַׂעֲרָה f. constr. שַׂעֲרַת; pl. שְׂעָרוֹת; undè constr. שַׂעֲרוֹת; *pilus, capillus* Jud. 20, 16. Ps. 40, 13 etc.

שְׂעֹרָה f. pl. m. שְׂעֹרִים; *hordeum* Ex. 9, 31 etc.

שְׂעָרִים n. pr. viri 1 Par. 24, 8.

שָׂפָה f. constr. שְׂפַת; dual. שְׂפָתַיִם, constr. שִׂפְתֵי, suff. שְׂפָתֵיהֶם, שִׂפְתֵימוֹ; pl. constr. שִׂפְתוֹת (à שָׂפָה; 1) *labium* 1 Sam. 1, 13 etc. *Aperuit labia* i. e. loqui cœpit; sed *labia alicujus aperuit* i. e. facultatem, copiam loquendi ei suppeditavit, oppos. *labia cohibuit.* — *Homo labiorum* i. e. garrulus, loquax. — *Verba labiorum* i. e. futilia, stolida. Meton. *loquela, verba* Eze. 36, 3 etc., it. *lingua, dialectus* Gen. 11, 1. Jes. 19, 18 etc. —2) *ora, extremitas, limes, terminus* Gen. 22, 17. Jud. ?, 22 etc.—Etymon latet, conf. tamen, si placet verb. vicin. סָפָה.

שָׂפַד pr. forsan ut vicin. סָפַח *fudit.* Hinc Pih. שִׂפֵּד *effluere fecit* capillos, hinc *decalvavit* Jes. 3, 17. Conf. סַפַּחַת.

שֶׂפֶם m. suff. שִׂפְמוֹ; *barba* Lev. 13, 45: 2 Sam. 19, 25 etc. Vulgò *mentum*, quasi esset à שָׂפָה *labium*; sed rectiùs forsan dimanat à rad. שׂפם ut cognat. seq. *texit*, scil. mentum barba.

שָׂפַן ut vicin. סָפַן, צָפַן *texit, ab-*

scondit; part. pass. pl. constr. שְׁפֻנֵי *absconditi* thesauri.

שָׁפַק; fut יִשְׁפֹּק; ut vicin. סָפַק 1) *percussit*, et spec. *complosit* manus Job 27, 23 juxta plures cod., it. *castigavit.* —2) *redundavit, abundavit* 1 Reg. 20, 10. — Hiph. fut. יַשְׁפִּיקוּ *percutiunt, pangunt fœdera* Jes. 2, 6. — Indè

שֶׁפֶק m. *plaga, castigatio* Job. 36, 18.

שַׂק m. שַׂקִּי pl. שַׂקִּים; 1) *cilicium, pannus crassus è filis cilicinis contextus* Jes. 34, 24. — 2) *saccus* Gen. 42, 25 etc. — 3) *vestis* lugentium Gen. 37, 34 etc., prophetarum Jes. 20, 2. Conf. Matth. 3, 4.—Etymon ignoratur.

שָׁקַד undè Niph. נִשְׁקַד *ligatum, compactum fuit* jugum (conf. עָקַד) Thren. 1, 14. Plures cod. habent נִשְׁקַד *vigilavit*, quod exprimunt LXX, Vulgat. et Syr., sed invito contextu.

שָׁקַר ut vicin. chald. סְקַר *intuitus est, aspexit;* hinc. — Pih. part. pl. f. מְשַׁקְּרוֹת עֵינַיִם *nictantes oculis* Jes. 3, 16. LXX et Vulgat. *nutibus occulorum;* aptè ad contextum ubi agitur de externis fœminarum gestibus lasciviam impudentiamque prodentibus. Alii ex aliâ signif. chald. *fucantes oculos* vertunt, sed invitâ orationis serie.

שַׂר m. pl. שָׂרִים; *dux, præfectus* quicumque, ut militum, urbis, civium adeòque, *princeps;* it. angelorum sive *archangelus*, etc. Gen. 21, 22 : 1 Reg. 22, 26. Jos. 5, 14. Dan. 12, 1 et 10, 13, ubi sensus est : *angelus persicis rebus præfectus.* — Rad. שָׂרַר.

שָׂרַג ut vicin. אָרַג, שָׁרַךְ, it. chald. et syr. סָרַג *implexit, implicuit.* - Puh. שֻׂרַג *implicatus, implexus fuit* Job 40, 17. — Hithp. fut. pl. יִשְׂתָּרְגוּ (pro יִתְשָׂרְגוּ) *implicant se* Thren. 1, 14.— Indè שַׂרְגִים.

שָׂרַד 1) forsan ut in arab. *consuit, contexuit.* — 2) ut in syr. *fugit, effugit* Jos. 10, 20.— Deriv. שָׂרִיד et seq.

שֶׂרֶד m. *textura*, undè בִּגְדֵי שֶׂרֶד *vestes textæ* i. e. ut chald. סְרָדִין *aulæa* scil. tabernaculi sacri Ex. 31, 10 etc. LXX *vestes ministerii*, quasi legissent בִּגְדֵי שֵׁרֵת; quæ tamen dicuntur בִּגְדֵי הַקֹּדֶשׁ et ab illis disertè distinguuntur.

שָׂרָד m. Jes. 44, 13. Vulgat. *runcina*, al. *rubrica, filum mensorium, amussis*, al. *stylus* (collat. arab. שַׂרַאד *subula*), quod præfero.

שָׂרָה 1) vicin. arab. שַׂאַר pro שָׂוַר, *seruit, ordinavit*, undè juxta quosd. שׂוֹרָה q. v. — 2) *præfectus, dux, princeps fuit.* — 3) *contendit, certavit* seq. אֶת, עִם pers. *cum aliquo* Gen. 32, 29. Hos. 12, 4. Conf. vicin. שָׂרַר, שׂוּר. —Indè מְשֹׂרָה.

שָׂרָה f. masculini שַׂר), cum י parag. שָׂרָתִי; 1) *mulier princeps, nobilis* Jud. 5, 29 etc. Plur. שָׂרוֹת *primariæ* i. e. spec. uxores regum ab uxoribus secundi ordinis distinctæ 1 Reg. 11, 3. Metaph. Thren. 1, 1.—2) n. pr. mul. Gen. 17, 15 etc.

שְׂרוּג n. pr. viri Gen. 11, 20.

שְׂרוֹךְ m. *corrigia* calcei Jes. 5, 27. Proverbial. de re vili Gen. 14, 25. — Rad. שָׂרַךְ.

שְׂרוֹקִים pl. m. *palmites vitis nobilioris* (vid. שֹׂרֵק) Jes. 16, 8.

שָׂרַח n. pr. viri Gen. 46, 17 etc.

שָׂרַט *incidit, incisuras fecit* in corpore Lev. 21, 5. — Niph. נִשְׂרַט *laceratus est* Zach. 12, 3. —Deriv. seq.

שֶׂרֶט m. et שָׂרֶטֶת f. *incisura* Lev. 19, 28. 21, 5.

שָׂרַי n. pr. mul. Gen. 11, 29 etc.

שָׂרִיגִים pl. m. *surculi, palmites* vitis Gen. 40, 10 etc. — Rad. שָׂרַג.

שָׂרִיד m. pl. שְׂרִידִים; *superstes, elapsus* è clade Num. 21, 36 etc. — Rad. שָׂרַד.

שְׂרָיָה et שְׂרָיָהוּ n. pr. viror. 2 Sam. 8, 17. Jer. 36, 26 etc.

שְׂרִיקוֹת vid. ad rad. שָׂרַק.

שָׂרַךְ ut vicin. שָׂרַג — Pih. part. f. מְשָׂרֶכֶת *implicans* vias suas camela i. c. hùc illùc circumvagans Jes. 2, 23. — Indè שְׂרוֹךְ.

שַׂרְסְכִים n. pr. viri Jer. 39, 3.

שָׂרַע ut vicin. arab. שַׂרַע *extendit, protendit*. Part. pass. שָׂרוּעַ *protensus, prælongus* membro i. e. qui membrum habet justo longius Lev. 21, 18 etc. — Hithp. inf. הִשְׂתָּרֵעַ (pro הִתְשָׂרֵעַ) *sese extendere* Jes. 28, 20.

שַׂרְעַפִּים pl. m. ut שְׂעִפִּים, inserto ר, *cogitationes* Ps. 94, 19 etc. — Rad. שׂעף.

שָׂרַף, part. act. שָׂרַף; pass. f. שְׂרוּפָה et שְׂרֻפָה; infin. absol. שָׂרֹף; constr. שְׂרֹף; suff. שָׂרְפוֹ; fut. יִשְׂרֹף; *combussit, cremavit* Lev. 4, 21 etc., sæpè addito בָּאֵשׁ; hinc *urendo coxit* Gen. 11, 3. — Niph. נִשְׂרַף *combustus est* Lev. 4, 12. — Puh. שֹׂרַף id. 10, 16. — Deriv. מִשְׂרָפָה et seq.

שָׂרָף masc. 1) *serpentis venenosi* species, vulgò *prester* Num. 21, 6 etc. — 2) plur. שְׂרָפִים *Seraphim* alatorum angelorum genus, solio Dei adstantium Jes. 6, 2, 6. — 3) n. pr. viri 1 Par. 4, 22.

שְׂרֵפָה f. constr. שְׂרֵפַה; *ustio* Gen. 11, 3 *combustio, incendium* Lev. 10, 6 etc.

שָׂרַק 1) ut vicin. שָׂרַג, שָׂרַךְ *plexuit, implicuit*, undè שֵׂרֵק, שְׂרוּקִים. — 2) ut סְרַק in chald. et syr. *pectinavit, carminavit;* undè part. pass. pl. f. שְׂרִיקוֹת *pexa, carminata* lina Jes. 19, 9. — 3) ut, quidam volunt, sed incertè omninò, *rufus, fuscus fuit*, undè.

שָׂרֹק m. pl. שְׂרֻקִים *rufi fusci* equi Zach. 1, 8, collat. arab. אַשְׂקַר *equus fuscus*. LXX ψαροί (Gloss. ποικίλοι) i.e. *sturnini, in sturni morem varii et maculosi*.

שֹׂרֵק m. et שֹׂרֵקָה f. 1) *vitis nobilioris* species Gen. 49, 11 etc.; eadem forsan, quam vocant Arabes marrocani *serki* et Persæ *kischmisch*, cujus uvæ admodùm dulces et acinis ferè carentes; vid. Niebuhr (Descript. de l'Arabie, tom. 1, p. 207). — 2) n. pr. vallis inter Ascalon et Gaza Jud. 16, 4.

שָׂרַר; part. act. שֹׂרֵר; fut. pl. יָשְׂרוּ; ut vicin. שָׂרָה, שׂוּר, *principatum tenuit* Jes. 32, 1. Prov. 8, 16. Esth. 1, 22. — Hithp. הִשְׂתָּרֵר (pro הִתְשָׂרֵר); fut. יִשְׂתָּרֵר; *principatum sibi sumpsit*. Seq. עַל pers. *in aliquem* Num. 16, 13. — Deriv. שַׂר, שָׂרָה.

שָׂשׂוֹן m. constr. שְׂשׂוֹן; *gaudium*, et *objectum gaudii* Jes. 22, 13. Ps. 51, 10 etc. — Rad. שׂוּשׂ.

שֵׂת vid. שְׂאֵת.

שָׂתַם ut vicin. סָתַם *obstruxit, obturavit* preces Thren. 3, 9.

שָׂתַר forsan ut vicin. arab. שַׂתַר *fidit*, undè Niph. fut. conv. וַיִּשָּׂתְרוּ

et fissi sunt, eruperunt tumoris ani 1 Sam. 5, 9; al. et *occultati sunt*, quasi à סָתַר scripto שׁ pro ס, sed parum aptè.

שׁ

שׁ *schîn* de cujus nomine cæterisque proprietatibus vide suprà in שׁ; hoc tantùm adde, quòd inter *serviles* litteras numeretur.

שֶׁ, rariùs שַׁ, שְׁ et antè guttur. שָׁ Jud. 6, 17. forma brevior vocis אֲשֶׁר cujus varios induit significatus 1) *qui, quæ, quod* et plur. *qui, quæ, quæ* Eccl. 1, 11. Cant. 1, 7 etc.— 2) conj. *quòd* Eccl. 2, 13 etc., *ut* 3, 14, *eò quòd, quia* Cant. 1, 6. 6. 2, *nam* 1, 7. Cum præpos. עַד שֶׁ *usquedùm, donec* Jud. 5, 7; בְּשֶׁ *eò quòd* Eccl. 2, 16; כְּשֶׁ *secundùm id quod, quemadmodùm* 5, 14. 12, 7, *cùm* 9, 12. 10, 3; בְּשַׁגָּם *quia*, juxta omnes veter. Version. Gen. 6, 3; comp. ex בְּ, שׁ et גָּם pro גַּם; quibusd. est inf. verbi שָׁגַג cum suff., itâ ut sensus sit: *propter peccare* i. e. *peccata eorum;* quod procul dubio orationis seriei multò minùs quadrat. בְּשֶׁל (ex בְּ, שֶׁ, לְ) *propter*, cum suff. בְּשֶׁלִּי *propter me* Jon. 1, 12; בְּשֶׁלְּמִי *propter quem?* 1, 7. — Alia vide in שֶׁל et שִׁילֹה.

שָׁאַב; part. acc. שׁוֹאֵב, pl. שֹׁאֲבִים, inf. constr. שְׁאֹב; imp. f. שְׁאֲבִי; fut. יִשְׁאַב; *hausit* aquam, addito vel omisso מַיִם Gen. 24, 11: 1 Sam. 7, 6 etc. — Indè מַשְׁאַבִּים.

שָׁאַג; part. act. שֹׁאֵג, pl. שֹׁאֲגִים; inf. absol. שָׁאֹג; fut. יִשְׁאַג; *rugiit* pr. de leone Jud. 14, 5, de tonitru Jer. 25, 30, de hominibus Ps. 38, 9. 74, 4. — Indè

שְׁאָגָה f. constr. שַׁאֲגַת; suff. שַׁאֲגָתוֹ; *rugitus* leonis Jes. 5, 29, *clamor* gementis Ps. 22, 2 etc.

שָׁאָה 1) *strepuit, strepitum edidit.* — 2) *cum fragore concidit* Jes. 6, 11. — Niph. נִשְׁאָה 1) *strepuit* Jes. 17, 12, 13. — 2) *vastatus est* 6, 11. — Hiph. inf. cum præf. לְהַשְׁאוֹת ל et לַהְשׁוֹת *ad vastandum* Jes. 37, 26: 2 Reg. 19, 25. — Hithp. ut vicin. שָׁעָה; part. מִשְׁתָּאֶה (pro מִתְשָׁאֶה) *cum stupore contemplans* seq. לְ Gen. 24, 21. — Deriv. שַׁאֲוָה, שָׁאוֹן, שְׁאִיָּה, שֵׁאת.

שֹׁאָה vid. שׁוֹאָה.

שַׁאֲוָה f. *procella strepens* Prov. 1, 27 in Chethib, ubi Keri habet שׁוֹאָה. — Rad. שָׁאָה.

שְׁאוֹל et שְׁאֹל c. cum ה locali שְׁאֹלָה; pr. *cavitas*, hinc *infernus*, locus subterraneus, densâ caligine plenus, in quo mortuorum animæ degunt, *limbus* Patrum Gen. 37, 35. Jes. 14, 9 etc. — Rad. שָׁאַל.

שָׁאוּל n. pr. viror. Gen. 46, 10 etc. Nom. patronym. שָׁאוּלִי Num. 26, 13.

שָׁאוֹן m. constr. שְׁאוֹן; 1) *strepitus* aquarum, hominum etc. Ps. 65, 8. Jes. 5, 14 etc. Jer. 48, 45: *filii strepitûs* i. e. milites tumultuantes. — 2) *vastatio, ruina, interitus* Jes. 46, 17. Ps. 40, 3. — Rad. שָׁאָה.

שְׁאָט m. suff. שָׁאטְךָ; *contemptus*, hinc *fastus* Eze. 25, 6, 36, 5.— Rad. שׁוּט.

שְׁאִיָּה f. *vastatio, ruina* Jes. 24, 12. — Rad. שָׁאָה.

שָׁאַל et שָׁאֵל, pl. שְׁאֵלְתֶּם; part. act. שֹׁאֵל, pl. שֹׁאֲלִים, f. שֹׁאֶלֶת; pass. שָׁאוּל; inf. abs. שָׁאוֹל, constr. שְׁאֹל; imp. שַׁאַל, f. שַׁאֲלִי; fut. יִשְׁאַל; 1) *postulavit, poposcit* seq. acc. rei, et מִן, מֵאֵת pers. à quâ poscitur, etiam seq. dupl. acc. *poposcit aliquem aliquid* Deut. 14, 26. Ps. 2, 8 etc. — 2) *rogavit, petiit* aliquid ab aliquo Jes. 7, 11 etc. Seq. acc. rei Jud. 5, 25, et מִן, מֵאֵת, מֵעִם pers. à quâ quid petitur; cum לְ pers. *rogavit alicui, pro aliquo* 1 Reg. 2, 22. Spec. *mutuum petiit* ab aliquo Ex 3, 22 : 2 Reg. 6, 5; it. *stipem petiit, mendicavit* Prov. 20, 4. — 3) *interrogavit* Jud. 4, 20. seq. acc. pers. Gen. 24, 47 etc., sed לְ Job 8, 8; *de aliquo* vel *aliquâ re* seq. עַל Neh. 1, 2, לְ Gen. 32, 30 etc., acc. Jes. 45, 11. Hagg. 2, 11. Spec. *consuluit, oraculum captavit* sive à vero Deo, sive ab idolis seq. בְּ Jud. 1, 1. Eze. 21, 26 etc., seq. לְ *pro aliquo, in alicujus commodum* Num. 27, 21 etc.; שָׁאַל לְפ״ לְשָׁלוֹם *interrogavit aliquem de valetudine* salutando eum, hinc *salutavit* Gen. 43, 27. — 4) *cavus fuit* undè שְׁאוֹל; conf. Deriv. ex vicin. שׁעל.

Niph. נִשְׁאַל; inf. abs. נִשְׁאֹל; forsan *sibi petiit* (ut gr. αἰτοῦμαι peto mihi) 1 Sam. 20, 6, 28. Neh. 13, 6. — Pih. שִׁאֵל 1) *mendicavit* Ps. 109, 10. — 2) *interrogavit* 2 Sam. 20, 18. — Hiph. הִשְׁאִיל *postulatum quid concessit, dedit* Ex. 12, 36: 1 Sam. 1, 28. — Deriv. מִשְׁאָלָה et seq.

שְׁאַל n. pr. viri Esr. 10, 29.

שְׁאֵלָה f. suff. שְׁאֵלָתִי et שְׁאֶלְתִּי, contract. שְׁלָתֵךְ; *petitio, rogatio, preces* Esth. 5, 7. *Petiit petitionem* i. e. *petiit aliquid* ab aliquo, et *preces fudit* Jud. 8, 24 etc. Metonym. *petitum, postulatum*, hinc נָתַן שְׁאֵלָה *postulatum concessit, petenti satisfecit* Esth. 5, 6, 8. Ps. 106, 15 etc. בָּאָה שְׁאֵלָה *venit petitum, concessum est* Job 6, 8.

שְׁאַלְתִּיאֵל n. pr. viri Esr, 3, 2 etc.

שָׁאַן ut vicin. שָׁעַן. — Pihl. שַׁאֲנַן *tranquillus fuit, tranquillè vixit* Jer. 30, 10. Job 3, 18. — Indè

שַׁאֲנָן m. pl. שַׁאֲנַנִּים, f. שַׁאֲנַנּוֹת; 1) *tranquillus, securus* Jes. 33, 20. Job 12, 5. — 2) *socors, fastuosus, insolens* Jes. 32, 9. Ps. 123, 4 etc., et subst. *fastus, insolentia* 2 Reg. 19, 28. Jes. 37, 29.

שָׁאֵס vid. שָׁסַס.

שָׁאַף; part. act. שׁוֹאֵף, pl. שֹׁאֲפִים; inf. absol. שָׁאֹף; fut. יִשְׁאַף; ut vicin. שׁוף, נָשַׁב, נָשַׁף; 1) *anhelavit* iracundus Jes. 42, 14, festinans, hinc *festinavit* Eccl. 1, 5. — 2) *inhiavit, hiante ore captavit* aërem, umbram etc. Jer. 2, 24 etc. De loco Job 5, 5, vid. צַמִּים. Amos 2, 7: *Qui inhiant super* (עַל) *pulverem terræ in capite tenuium* i. e. qui nihil avidiùs cupiunt, quàm ut sit pulvis in capite pauperum, i. e. quàm ut eos in luctum detrudant, seu eos opprimant. Passim *inhiare alicui* est *sanguinem ejus sitire, acriter eum persequi, vexare.*

שָׁאַר *reliquus fuit, superfuit* 1

Sam. 16, 11. — Niph. נִשְׁאַר; part. נִשְׁאָר, f. נִשְׁאֶרֶת et נִשְׁאָרֶת; fut. יִשָּׁאֵר; 1) *reliquus factus est, superfuit* Gen. 7, 23 etc. Part. *superstes* Eze. 6, 12. — 2) *remansit* alicubi Ex. 8, 5 etc., it. *mansit* Job 21, 34. — Not. וְנֶאשְׁאַר Eze. 9, 8, ex duabus lectionibus נִשְׁאַר et אֶשְׁאַר conjunctis ortum nonnulli putant. Cùm verò plures cod. ואשאר sine נ habeant, ità forsan vocalibus instruendum est וְאֶשְׁאַר et *superstes fui, remansi;* quod non improbabile facit proximè sequens וְאֶזְעַק, וְאֶפְלְטָה etc. — Hiph. הִשְׁאִיר 1) *reliquum fecit* Ex. 10, 12, *reliquit* Deut. 28, 51 etc. — 2) *reliquum habuit, retinuit* Num. 21, 35 etc. — Deriv. מִשְׁאֶרֶת et seq.

שְׁאָר m. *reliquum, residuum, reliquæ* Jes. 10, 20. Soph. 1, 4 etc.

שְׁאָר יָשׁוּב n. pr. viri Jes. 7, 3.

שְׁאָר m. suff. שְׁאֵרִי; 1) *caro* (oppos. ossibus, non animo) Jer. 51, 35 etc., et *cibus quivis, alimentum* Ex. 21, 10. — 2) *consanguineus* et collect. *consanguinei* Lev. 18, 6 etc., plenè שְׁאֵר בָּשָׂר 25, 49.

שַׁאֲרָה f. *consanguinitas* Lev. 18, 17.

שְׁאָרָה n. pr. mul. 1 Par. 7, 24.

שְׁאֵרִית f. sed 1 Par. 12, 38 contr. שְׁרִית; *pars residua, superstites* Jer. 11, 23 etc.

שֵׁאת f. (pro שְׁאֵתָה) *vastatio, ruina* Thren. 3, 47. — Rad. שָׁאָה.

שְׁבָא n. pr. 1) viror. Gen. 10, 7. 25, 3 etc. — 2) gentis et regionis in Arabiâ felici, thure, aromatibus, auro gemmisque ditissimæ 1 Reg. 10, 1 etc.

שְׁבָבִים pl. m. *fragmenta* Hos. 8, 6. — Rad. שבב ut in chald. *fregit.*

שָׁבָה; part. act. pl. שֹׁבִים; pass. pl. שְׁבוּיִם; f. שְׁבִיּוֹת; infin. constr. שְׁבוֹת; imp. שַׁבֵּה (pro שְׁבֵה); fut. יִשְׁבֶּה; conv. וַיִּשְׁבְּ; cum suff. et נ epenth. יִשְׁבֶּךָ; *captivum egit, abduxit* Gen. 34, 29 etc. 31, 26: *captivæ gladii* i. e. in bello captæ. — Niph. נִשְׁבֶּה *captivus abductus est* Gen. 14, 14 etc. — Deriv. שְׁבִי, שְׁבוּת, שִׁבְיָה, שִׁבְיָת, et, saltem quoad formam, שֶׁבוֹ m. lapis quidam pretiosus, LXX et Vulgat. *achates* Ex. 28, 19. 39, 10.

שְׁבוּאֵל n. pr. viror. 1 Par. 23, 16 etc.

שְׁבוּל vid. שִׁבּוֹל.

שָׁבוּעַ m. constr. שְׁבוּעַ et שִׁבְעַ; dual. שְׁבֻעַיִם, pl. שָׁבֻעִים, et f. שְׁבֻעוֹת; constr. שִׁבְעוֹת; suff. שְׁבֻעֹתֵיכֶם; (denom. à שֶׁבַע *septem*) *septimana* a) dierum Gen. 29, 27. Dan. 2, 10 etc. *Festum septimanarum* i. e. *pentecoste* Deut. 16, 9, conf. Tob. 2, 1; sed Eze. 45, 21: *festum septimanarum dierum* i. e. pascha per septem integros dies celebratum. — b) annorum Dan. 9, 24, 26.

שְׁבוּעָה et שִׁבְעָה; f. pl. שְׁבֻעוֹת; *jusjurandum* Gen. 26, 3 etc. *Jusjurandum Jehovæ* i. e. per Jehovam Ex. 22, 10 etc. *Jusjurandum meum* i. e. mihi præstitum Gen. 24, 8, sed Ps. 105, 9: *jusjurandum ejus* i. e. quod ipse præstitit.

שְׁבוּת et שִׁבְיָת f. *captivitas* Num. 21, 29, metonym. *captivi* in formulâ שׁוּב שְׁבוּת *reducere captivos* Deut. 30, 3 etc.; quæ formula passim trop. usurpata, signat pristinæ *integrita-*

ti, *felicitati* aliquem *restituere*.

שָׁבַח undè Pih. שִׁבַּח; fut. יְשַׁבַּח; 1) *laudavit*, maximè Deum Ps. 63, 4 etc., it. *felicem prædicavit* Eccl. 4, 2. —2) *repressit, compescuit* Ps. 89, 10. Prov. 21, 11. — Hiph. part. מַשְׁבִּיחַ *compescens* Ps. 65, 8. — Hithp. inf. הִשְׁתַּבֵּחַ (pro הִתְשַׁבֵּחַ) *gloriari* seq. בְּ aliquâ re Ps. 106, 47 : 1 Par. 16, 35.

שֵׁבֶט et שֵׁבֶט c. suff. שִׁבְטְךָ; pl. שְׁבָטִים; constr. שִׁבְטֵי; *baculus, scipio*, spec. 1) *virga* quâ verberatur et castigatur Jes. 10, 15. Prov. 10, 15. Prov. 10, 13. *Virga Dei* i. e. calamitas divinitùs immissa Job 9, 34 etc. — 2) *pedum* pastorale Lev. 27, 32 etc. — 3) *sceptrum* regis, ducis Gen. 49, 10. Jud. 5, 14. — 4) *tribus* Israëlitarum Ex. 28, 21, it. *familia* alicujus tribûs Num. 4, 18 etc. — 5) *virga, pertica mensoria* et metonym. *portio demensa* Jer. 10, 16 etc. —6) *spiculum* vel *hastile* 2 Sam. 18, 14. — Rad. שבט.

שְׁבָט m. mensis anni Hebr. undecimus majori ex parte in Februarium incidens Zach. 1, 7.

שִׁבִּי m. in pausâ שְׁבִי; suff. שִׁבְיוֹ, שִׁבְיָךְ, שִׁבְיכֶם, שִׁבְיָךְ; *captivitas* Deut. 21, 13 etc., it. *captivi* Num. 21, 1. Ps. 68, 19, et sing. *captivus* Ex. 12, 29. Fem. שִׁבְיָה *captiva* Jes. 52, 2. — Rad. שָׁבָה.

שִׁבַי n. pr. viri Esr. 2, 42 etc.

שִׁבְּי n. pr. viri 1 Sam. 17, 27.

שַׁבִּיב m. *flamma*; constr. שְׁבִיב Job 18, 5. — Rad. שבב in arab. *accendit*, it. *exarsit ignis*; al. conferunt vicin. hebr. שָׁאַף, נָשַׁף, נָשַׁב.

שִׁבְיָה f. *captivitas* Neh. 3, 36, *captivi* Deut. 21, 11 etc. — Rad. שָׁבָה.

שְׁבִיל sed in Chethib שְׁבוּל m. poët. *semita, via* Jer. 18, 15. Ps. 77, 20. — Rad. שבל.

שְׁבִיסִים pl. m. forsan *reticula*, ornamenta muliebria capitis Jes. 3, 18. — Rad. שבט forsan nt vicin. שָׁבַץ et chald. שְׁבַשׁ *perplexus fuit*.

שְׁבִיעִי m. f. שְׁבִיעִית; (denom. à שֶׁבַע); *septimus, a, um* Gen. 2, 2 etc.

שְׁבִית ut שְׁבוּת q. v.

שֵׂבֶל m. *coma, cæsaries* Jes. 47, 2; ità post LXX, Syr. et Arab. permulti, sed al. *syrma* vestis, collat. arab. שַׁבַּלَה (sçabalaht); quod magis arridet. — Rad. שבל.

שַׁבְּלוּל m. *limax* Ps. 58, 9.

שָׁבֶל m. *termes;* pl. constr. שִׁבְלֵי Zach. 4, 12. — Rad. שבל.

שִׁבֹּלֶת f. pl. שִׁבֳּלִים; 1) *spica* Gen. 41, 5 etc. — 2) *fluxus aquæ, fluentum* Jes. 27, 12 etc. — Rad. שבל.

שֵׁבְנָא et שֶׁבְנָה n. pr. viror. 2 Reg. 18, 18 etc.

שְׁבַנְיָה n. pr. viror. Nch. 9, 4 etc.

שָׁבַע (denom. à שֶׁבַע) *juravit;* part. pass. constr. שְׁבוּעֵי שְׁבוּעוֹת *jurantes juramenta* Eze. 21, 28. — Niph. נִשְׁבַּע; part. נִשְׁבָּע; pl. נִשְׁבָּעִים; inf. הִשָּׁבַע; constr. הִשָּׁבַע; fut. יִשָּׁבַע; constr. יִשָּׁבַע; *juravit* Gen. 21, 24 etc., seq. בְּ personæ *per* quam juratur Gen. 21, 23 etc., seq. לְ *juravit alicui* 24, 7. 21, 23, et addito acc. rei *jurando promisit aliquid alicui* Ex. 13, 5 etc. — Hiph. הִשְׁבִּיעַ; inf. absol. הַשְׁבֵּעַ; constr. הַשְׁבִּיעַ; fut. יַשְׁבִּיעַ; conv. וַיַּשְׁבַּע; 1) *jurare fecit, ad jusjurandum adegit* Gen. 50, 5

etc. — 2) *obtestatus est, obsecravit* 1 Reg. 22, 16. Cant. 2, 7 etc.

שֶׁבַע f. et שִׁבְעָה m. constr. שִׁבַע et שִׁבְעַת; 1) *septem* Gen. 5, 7 etc. Passim usurpatur pro numero indefinito Gen. 29, 18 etc., it. pro numero sacro ut apud Ægyptios, Arabes, Persas Ex. 37, 23 etc. — 2) *septimus* Gen. 7, 11 : 2 Reg. 25, 8. — 3) *septies* Lev. 26, 18. Ps. 119, 164. — 4) n. pr. oppidi Simeonitarum Jos. 19, 2, it. n. pr. virorum 1 Sam. 20, 1 etc. Fem. שִׁבְעָה n. pr. putei Gen. 26, 33.

Dual. שִׁבְעָתַיִם *septuplum* Gen. 50, 3 etc.

Plur. שִׁבְעִים *septuaginta*, sed plerumque ponitur pro numero indefinito Gen. 50, 3. Jes. 23, 15 etc. שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה *septiès et septuagesiès* Gen. 4, 24. — Deriv. שְׁבוּעַ, שְׁבוּעִי, שְׁבִיעִי.

שִׁבְעָה vid. שִׁבוּעָה.

שִׁבְעָנָה m. *septem* Job 42, 13.

שָׁבַץ ut in syr. *miscuit, plexit* et arab. in 5ª conjug. *perplexus fuit.* — Pih. שִׁבֵּץ *tessellatum, reticulum opus fecit* Ex. 28, 39. — Puh. part. pl. מְשֻׁבָּצִים *intexti, interserti* Ex. 28, 20. — Deriv. תַּשְׁבֵּץ, מִשְׁבְּצוֹת et

שֶׁבֶץ m. *perturbatio, confusio animi* 2 Sam. 1, 9. Vulgat. *angustiæ*, al. *vertigo* quod non dsiplicet.

שָׁבַר; part. act. שֹׁבֵר; pass. שָׁבוּר; inf. constr. שְׁבֹר; suff. שָׁבְרִי; imp. cum suff. שָׁבְרֵם; fut. יִשְׁבֹּר; 1) *fregit, confregit, diffregit* Gen. 19, 9. Jer. 2, 20 etc. Metaph. *fregit* i. e. *sedavit* Ps. 104, 11; * et ità Jes. 45; 1: *ite, frangite sitim vino et lacte;* it. *famem frumento*, hinc *frumentum* vel *emit* Gen. 42, 5, addito בָּר 42, 3. 47, 14, vel *vendidit* 41, 56. Sed vulgò hunc significatum repetunt à שֶׁבֶר *fractio* q. v.* — *Fregit animum* alicujus i. e. dolore affecit Ps. 69, 21 etc. — 2) *dilaceravit* fera 1 Reg. 13, 26. — 3) *destruxit, perdidit* Eze. 30, 21. Dan. 11, 26. — 4) *præfregit* terminum, *dimensus est, definivit* Job 38, 10. — Niph. נִשְׁבַּר; part. נִשְׁבָּר, f. נִשְׁבֶּרֶת et נִשְׁבָּרֹת; inf. הִשָּׁבֵר; fut. יִשָּׁבֵר et יִשָּׁבֵר; 1) *fractus est* Jes. 14, 29 etc., it. *fregit sibi* membra 8, 15 etc. Metaph. de animo tristi et pœnitentiâ contrito Jes. 61, 1. Ps. 51, 19. Sed Eze. 6, 9 נִשְׁבַּרְתִּי al. *animo fractus sum*, al. cum Chald. interpr. transit. *confregi* (cor eorun) quasi legend. in Hiph. הִשְׁבַּרְתִּי; quod præfero. — 2) *dilaceratus, læsus, vulneratus est* Ex. 22, 9 etc. — 3) *destructus, perditus est* Jes. 8, 15. Dan. 11, 22 etc. — Pih. שִׁבֵּר et שִׁבַּר; fut. יְשַׁבֵּר; *penitùs fregit, perfregit, confregit* 2 Reg. 18, 4. Ps. 3, 8 etc. — Hiph. הִשְׁבִּיר; fut. יַשְׁבִּיר; *frangere, rumpere fecit* uterum puer nascens Jes. 66, 9. Metaph. * *frangere fecit* famem frumento, hinc *frumentum vendidit* Gen. 42, 6. Amos 8, 5; vid. Kal. — Hoph. הָשְׁבַּר *fractus est* animus Jes. 8, 21. — Deriv. מִשְׁבָּר, מַשְׁבֵּר et seq.

שֶׁבֶר sæpiùs שֵׁבֶר m. suff. שִׁבְרוֹ; pl. שְׁבָרִים; 1) *fractio, fractura* Lev. 21, 19 etc., et metaph. * *fractio* i. e. *sedatio famis* (*brise-faim*), hinc *frumentum, annona* Gen. 42, 1 etc., plenè שֶׁבֶר רַעֲבוֹן vers. 19. Vulgò etymon

repetunt a *fragendo in molâ;* sed illud præfero; conf. verbum שָׁבַר*. It. *afflictio, calamitas* Jes. 65, 14. Ps. 60, 4, et *terror* Job 41, 17. — 2) *destructio, interitus* Jos. 7, 5. Thren. 2, 11 etc. — 3) *solutio, enucleatio* somnii Jud. 7, 15.

שִׁבְרוֹן m. constr. שִׁבְרוֹן; 1) *fractio, contritio* Eze. 21, 11. — 2) *excidium* Jer. 17, 18.

שָׁבַת; fut. יִשְׁבֹּת et יִשְׁבַּת; 1) *cessavit, desiit* seq. מִן *destitit ab* aliquâ re Jer. 31, 36 etc., seq. לְ Gen. 2, 3 ubi לַעֲשׂוֹת ad שָׁבַת præcedens referendum. Conf. quæ adnotavi in *Le Pentat. avec une trad. franç. etc.*, Genese, pag. 12 et 322 *Notes suppl.* Abs. positum *esse desiit, finem habuit* Jes. 24, 8 etc. — 2) *feriatus est, non laboravit* Ex. 23, 12 etc. Metaph. de rebus inanim. Lev. 26, 34 etc. 3) addito שַׁבָּת *sabbatum celebravit* Lev. 23, 32. — Niph. נִשְׁבַּת *esse desiit* Jes. 17, 3 etc. — Hiph. הִשְׁבִּית; 1 p. הִשְׁבַּתִּי (pro הִשְׁבַּתְתִּי); inf. cum לְ, לְהַשְׁבִּית et לַשְׁבִּית; fut. יַשְׁבִּית; conv. וַיַּשְׁבֵּת; 1) *cessare fecit* seq. מִן *ab* opere Ex. 5, 5, vel *intermisit* opus 2 Par. 16, 5, hinc *compescuit, pacavit* hostem Ps. 8, 3. — 2) *fecit cessare, desinere* vel aliquem seq. מִן cum infin. Eze. 34, 10, et seq. לְבִלְתִּי Jos. 22, 25, vel aliquid i. e. *finem imposuit* alicui rei Jes. 16, 10. Ps. 46, 10 etc. Seq. לְ pers. Jer. 48, 35 etc. — 3) *amovit, abstulit* Ex. 12, 15 etc. — Deriv. מִשְׁבָּת et seq.

שֶׁבֶת m. suff. שִׁבְתּוֹ; 1) *cessatio, intermissio* Prov. 20, 3, hinc *desidia* Jes. 30, 7. — 2) *interpellatio* operis, *dispendium moræ* Ex. 21, 19. — Alterum שֶׁבֶת f. inf. est verbi יָשַׁב q. v.

שַׁבָּת c. constr. שַׁבַּת; suff. שַׁבַּתּוֹ; pl. שַׁבָּתוֹת; constr. שַׁבְּתוֹת; pr. *cessatio*, hinc *sabbatum*, dies hebdomadis septimus Ex. 16, 25. שַׁבַּת שַׁבָּת *quovis sabbato* 1 Par. 9, 32. שַׁבַּת שָׁנִים *septimus* quivis *annus* quo non colebantur agri Lev. 25, 4 etc. Sed 23, 15 in plur. dictum volunt de totâ *hebdomade* (vid. interpr. ad Matth. 28, 1).

שַׁבָּתוֹן m. pr. *cessatio omnimoda*, hinc *sabbatum magnum, perquàm solemne* Ex. 16, 23 etc., maximè in שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן Ex. 31, 15 etc.

שַׁבְתַּי n. pr. viri Esr. 10, 15 etc.

שָׁגָא n. pr.

שָׁגַג sed Lev. 5, 18 שָׁגֹג; part. act. שׁוֹגֵג; f. שׁוֹגֶגֶת, ut vicin. שָׁגָה; 1) *erravit* Job 12, 16. — 2) *deliquit per errorem et imprudentiam* Num. 15, 28 etc. Gen. 6, 3: בְּשַׁגַּם *propter peccare eorum* juxtà quosdam, quasi שַׁגַּם esset infin. formæ שַׁךְ Jer. 5, 26; sed vide suprà ad שׁ et adde, admissâ explanatione istâ, nullus verbis proximè sequentibus הוּא בָשָׂר *caro est* i. e. *perquàm corruptus*, sensus erit.

שְׁגָגָה f. suff. שִׁגְגָתוֹ; *error, erratum* Lev. 4, 2 etc.

שָׁגָה; part. act. שֹׁגֶה; inf. constr. שְׁגוֹת; fut. יִשְׁגֶּה; ut vicin. שָׁגַג; 1) *erravit, oberravit* Ezc. 34, 6, seq. מִן *aberravit*, trop. Ps. 119, 21. Prov. 19, 27. — 2) *titubavit* præ ebrietate Jes. 28, 7. Prov. 20, 1, trop. ebrius amore Prov. 5, 19, 20. — 3) *peccavit per imprudentiam* 1 Sam. 26, 21. — Pih. 1) forsan ut vicin. syr. סגי

laudavit, unde שִׁגָּיוֹן. — 2) *errare fecit*, unde inf. cum suff. שַׁגָּם juxta quosdam, sed vid. in שָׁגַג. — Hiph. הִשְׁגָּה; part. מַשְׁגֶּה; fut. יַשְׁגֶּה; 1) *errare fecit* in viâ Deut. 27, 18, metaph. *aberrare fecit* Ps. 119, 10, *seduxit* Job 12, 16. — Inde מִשְׁגֶּה.

שָׁגַח ut vicin. שָׁעָה. — Hiph. הִשְׁגִּיחַ; fut. יַשְׁגִּיחַ; *prospexit, spectavit* seq. אֶל rei *aliquid* Jes. 14, 16, seq. מִן *ex* aliquo loco Ps. 33, 14. Cant. 2, 9.

שְׁגִיאָה f. *peccatum per imprudentiam*; pl. שְׁגִיאוֹת Ps. 19, 13. — Rad. שָׁגָא ut vicin. שָׁגַה.

שִׁגָּיוֹן m. pl. f. שִׁגְיוֹנוֹת; *carminis* species Ps. 7, 1. Hab. 3, 1. — Rad. שָׁגַה.

שָׁגַל *iniit, compressit* mulierem; verbum obscœnum, unde Massorethæ שָׁכַב *concubuit*, ipsi substituunt; unde cum suff. et נ epenth. תִּשְׁגַּלְנָה Deut. 28, 30. — Niph. fut. pl. f. תִּשָּׁגַלְנָה *comprimientur* Jes. 13, 6. Zach. 14, 2. — Puh. שֻׁגַּלְתְּ *compressa es* Jer. 3, 2. — Inde

שֵׁגָל f. *uxor regia, regina* Neh. 2, 6. Ps. 45, 10.

שָׁגַע unde Puh. Part. מְשֻׁגָּע *amens, vesanus* Deut. 28, 34 etc. — Hithp. הִשְׁתַּגַּע (pro הִתְשַׁגַּע) *amentem, insanum egit* 1 Sam. 21, 15, 16. — Inde

שִׁגָּעוֹן m. *amentia* Deut. 28, 28 etc.

שֶׁגֶר m. constr. שְׁגַר; *fœtus* partu *editus* Deut. 7, 13 etc. — Rad. שָׁגַר ut in chald. Pah. *ejecit, emisit*.

שֶׁגֶר m. id. Ex. 13, 12.

שַׁד m. dual. שְׁדַיִם; constr. שְׁדֵי; *mamma* Gen. 49, 25. Cant. 4, 5 etc. — Rad. שָׁדָה quam conferunt cum chald. שְׁדָא *ejaculatus est, effudit* et arab. שَدَا (pro سَدَا) *irrigavit*.

שֵׁד m. unde pl. שֵׁדִים *mala, noxia dæmonia* Deut. 32, 17. Ps. 106, 27. — Rad. שָׁדַד.

שַׁד sed Job 5, 21 שׁוֹד m. 1) ut שַׁד *mamma* Jes. 60, 16. Job 24, 9. — 2) *violentia, oppressio* Ps. 12, 6 etc., metonym. *opes per vim comparatæ* Amos 3, 10. — 3) *vastatio, exitium* Hab. 2, 17. Job 5, 22 etc. — Rad. שָׁדַד.

שָׁדַד pl. שָׁדְדוּ et defect. שָׁדוּ; part. act. שׁוֹדֵד; pass. שָׁדוּד; f. שְׁדוּדָה; inf. abs. שָׁדוֹד; constr. שְׁדוֹד; imp. pl. שִׁדְדוּ; fut. cum suff. יְשָׁדְדֵם et יְשָׁדֵם; 1) forsan ut שָׁדָה q. v. in שַׁד. — 2) *vastavit* terram, urbem Jer. 25, 36 etc., *confecit, perdidit* hominem Jes. 33, 1 etc. — Niph. נִשְׁדַּדְנוּ (pro נִשְׁדּוֹנוּ) *vastati sumus* Mich. 2, 4. — Pih. part. מְשַׁדֵּד; fut. יְשַׁדֵּד; *vastavit, perdidit* Prov. 19, 26. 24, 15. — Puh. שֻׁדַּד et שָׁדַד *vastatus est* Jes. 15, 1. Nah. 3, 7 etc. — Poh. fut. יְשֹׁדֵד *perdet* Hos. 10, 2. — Hoph. *vastatus est*; fut. יוּשַׁד et יוּשָׁד Jes. 33, 1. Hos. 10, 14. — Deriv. שׁד, שֵׁד et seq.

שְׁדָה f. pl. שְׁדוֹת; alii aliter, sed forsan ut arab. سَيِّدَة (sayyidaht) *domina*, inde *uxor*. Eccl. 2, 8 : *comparavi mihi..... et delicias hominum* שְׁדָה וּשְׁדוֹת *uxorem et uxores* i. e. reginam et alias uxores regias.

שַׁדַּי m. pl. excellentiæ cum terminatione antiquiori à sing. שַׁד; vulgò *potentissimus, omnipotens*, *sed etymo et rei aptiùs *terribilis* Gen. 17, 1.

Ex. 6, 3 etc. Vid. quæ adnotavi in *Le Pentat. avec une trad. franç. etc.* Genese, pag. 86, 87 et Exode, p. 85.

שְׁדִיאוּר n. pr. viri Num. 1, 5.

שַׁדַּי (vox comp. ex שׁ pro אֲשֶׁר et דַּי) *quòd judicium* scil. Dei sit ulturi injurias quibus me afficitis Job 19, 29. Keri habet שַׁדּוֹן quod in idem incidit.

שְׁדֵמָה f. 1) *uredo* frumenti Jes. 37, 27 ut שְׁדֵפָה (litteris affinibus מ et פ permutatis) quod occurrit in loco parall. 2 Reg. 19, 26.—2) pl. שְׁדֵמוֹת, constr. שַׁדְמוֹת *arva* 2 Reg. 23, 4 et Jer. 31, 40 in Keri, eaque consita vel frugibus Hab. 3, 17, vel vitibus, undè *vineæ* Deut. 32, 22. Jes. 16, 8. * Ità vulgò sed trium horumce ultimorum locorum contextus sensum *vitis* vel *plântæ* cujusvis id genus flagitare omninò videtur. * — Rad. שׁדם.

שָׁדַף *adussit* eurus segetes; part. pass. pl. f. שְׁדוּפוֹת et שְׁדֻפוֹת Gen. 41, 23, 27. — Deriv. seq.

שְׁדֵפָה f. *uredo* 2 Reg. 19, 26.

שְׁדָפוֹן m. pl. id. Gen. 41, 23 etc.

שֹׁהַם masc. 1) gemmæ species, plurimis ut Braunio (de Vest. sacerd. Hebr.) est *sardonyx* vel *onyx*, à similitudine unguis humani; al. cum Vulg. *beryllus* Gen. 2, 12. Job 28, 16 etc. — Rad. שׁהם vicin. arab. شَهِمَ *palluit.*

שַׁו Job 15, 31 in Chethib ut שָׁוְא.

שׁוֹא m. *malum;* plur. cum suff. שׁאֵיהֶם *mala eorum* i. e. mala quibus me afficiunt Ps. 35, 17. — Rad. שׁוא ut vicin. arab. شَأَى (pro شَوَأَ) *malus, vitiosus fuit.*

שָׁוְא (pro שָׁוֵא, formæ מָוֶת, sed absorpto ultimo Segol, ut in קֹשְׁט) m. 1) *malum* quod patratur, *scelus, nequitia* Jes. 5, 18. Job 11, 11, quod quis patitur, *calamitas* Jes. 30, 28 etc.; sensum utrumque habes in Job 15, 31.-2) spec. *falsum, mendacium, fraus* Ex. 23, 1. Ps. 12, 3 etc. לַשָּׁוְא *ad mendacium,* al. *in vanum* Ex. 20, 7. — 3) *vanum, inane, inutile* Mal. 3, 14 etc. לַשָּׁוְא *frustrà* Jer. 2, 30 etc. — Rad. שׁוא q. v. mox suprà in שׁוֹא.

שָׁוָה n. pr. viri Par. 18, 16.

שׁוֹאָה f. constr. שׁאַת; 1) *turbo, procella* (conf. rad. vicin. שָׁאָה ejusque Deriv.) Eze. 38, 9 et Prov. 1, 27 in Keri ubi Chethib habet שַׁוְאָה. — 2) *vastatio,* Soph. 1, 15 etc. — 3) *interitus, pernicies* Jes. 10, 3. Ps. 35, 8. — Rad. שׁוא q. v. in שׁוֹא.

